diximus ſ.in 3.par.2.lib. in 10.q princ. Et pro hoc facit,
quod dr̄ de vſuario,qui tenetur ad ſarta tecta. C.de vſu-
fruc.l.cum ad quem.& ff.de vſufru.lega. l. vſufructu le-
gato.& l.ſequen.& voluit glo.1.in d.c.1.de eccle.ædifi.in
quib: tantum diſtinguitur , qui vſufructuarius tenetur
omnes expenſas in reficienda re in qua habet vſufru-
ctū ſed ſi magiſtratus fecerit expenſas nō cauſa fructuū:
ſed vt perpetuò duret , illas poterit petere a proprieta-
rio:vt ibi glo.& doc.Secundò pro prędictis facit qui ſen
tit cōmodum de aliqua re debet merito & onus illius
rei ſentire,nec audiendus eſt,qui de ſolo lucro vult eſſe
intentus: onera verò recuſare : vt dixit Imperator in l.
vnica.§.pro ſecūdo.in fi.& §.ne autem.ver.ſi nec talis.C.
de cadu.toll.l.manifeſtiſſimi.§.alia dubitatio. C. de fur-
tis.c.fi.de his quæ fiunt a maio.par. ca. regula qui ſentit
de reg.iur. lib.6. ergo eccleſia & beneficiari qui habent
fructus & non patroni qui non ſentiunt aliquam vtili-
tatem . Tertius eſt caſus, ſi nec eccleſia habet portionē
ad fabricam,nec eſt aliqua cōſuetūdo, tunc recurritur
ad habentes beneficia & commoda:vt ibi teneantur p
rata vt in c.1.& in c.de his.de eccl.ędi.c.fi.de his q̄ fi.a ma
io.par.c.& ibi Abb.qui debent de ſuperexſtantibus fru-
ctibus reparare.ideſt deducto ne egeat:vt ſ.dictum eſt:ſi
autem tales nō poſſent, tunc eſſent ſubditi cogendi in-
quantum poſſent , cum & ipſis eccleſia det commoda
.ſ.percipiendo ſacramēta & diuina quæcunque,ideo vl
timò ipſi eſſent grauandi c.ſi epiſcopus.in fi.de reſ. in 6.
ipſe. n. metit temporalia: quia ſpiritualia ſeminat,nec
hoc poſſet euitare parrochianus , dato ꝙ vellet cedere
vſui eccleſiæ cum hoc non depēdeat a poteſtate ſua,ex
quo eſt ſemel chriſtianus factus c.omnis vtriuſq; ſexus.
de pęniten.& remiſ.hæc ſunt quæ multū intricare dicit
Pau.de Cit.vbi ſ.† Tu aduerte,ꝙ eius verba tāgunt duo
5 mēbra.primū eſt,an patronus teneatur ad refectionem
ecclæ,& clarum eſt ꝙ nō:qa ex prima fundatione,con-
ſtructione,& dotatione acquiſitū eſt iuſpa.c.nobis. hoc
titu.fecit quod debuit & habuit quod a iure inductum
eſt:ſ.iuſpa.beneficiatus tenebitur illā reparare:vt in c.1.
& 2.de eccl e.ędifi.Et licet illa regula,qui ſentit commo
dum,quā (vt ſupra retulimus) Pau.induxit pro p̄rono,
ſoleat induci ꝯ patronum:quia p̄ronus percipit emolu
mentū.ſ.alimenta in neceſſitate , debet & ſentire dam-
num.ſ.vt teneatur ꝯtribuere ad refectionem eccleſię:tn̄
hoc motiuum nō militat: nā, vt diximus ſ. in 3.q.prin.
huius lib.per totum:& maxime in 2.& 3.arti. alimenta
dantur patrono inopi ex ſuperabundantibus ſublato
ſeruitio eccleſiæ, victu beneficiari & fabrica illius ſi in-
diget:ergo ex ſuperfluis prouidetur patrono : vt ibi di-
ctum eſt.hoc cōmodum non eſt in ꝯſideratione:quia ſi
iſtud ſuperfluum nō daretur ſibi,deberet dare alijs pau
peribus:vt in d.2.arti.diximus.ergo non eſt commodū,
quod debeat eſſe in conſideratione:vt propter illud ha
beat ſentire incommodum : & tanto magis quia fabri-
ca præfertur alimentis patroni : vt proxime dictum eſt:
imò poſſumus dicere , patronum in dotatione ad om-
nia prouidiſſe & intra ſtatuiſſe onus reficiendi eccleſias
ſpectare ad beneficiatos , & maxime ſi ſumus in cathe-
dralibus,in quibus patronus tenetur dare dotem ēt pro
reparatione,ſcilicet pro ſabrica:& in ſtatuēda dote om
nia iſta ꝯſiderantur:vt late diximus ſ.in 1.par.1.lib. in 5.
q.prin.in 21.art. vbi tractauimus , quæ eſt dos ſufficiens
cuiuſcunque eccleſiæ,capellæ,vel altaris.Verùm ꝙ cōſi
derabitur hæc expenſa fabricæ pro reparatione facien-
da,cum occurrit & non pro totali reædificatione: nam
totali reędificatione,ſeu redotatione vel noua fundi da
tione acquiritur iuſpa.per nouos patronos hæc facien-
tes:vt diximus ſ.in d.1.parte primi libri in 6.quæſt.prin.
in tertio arti.in verſic.minime etiam obſt.vltimum.vbi
diximus,ꝙ ſi bona eccleſiæ non ſufficiant ad reædifica-
tionem: licèt ſuffeciſſet ad reparationem:ſi ipſemet re
ctor reędificaret eccleſiam de ſuo patrimonio cum cō-
ſenſu diœceſani acquireret iuſpatro. in illa:vt dixi me
in facto conſuluiſſe Terlicij , vnde ibi diſtinximus aut
loquitur de reparatione:& tenetur rector eccleſię de fa

cultatibus

cultatibus eccleſiæ:& tñ ſic non cadit acquiſitio iuſpa.
& ita procedent adducta in vltimo motiuo ibi partis
negatiuæ, aut eſt totaliter ruinata: & tunc acquiriť iuſ
pa.per reædificantem: vt ibi diximus: & hoc caſu pri-
mus patronus amittit iuſp.iuxta tamen ea quæ in pro-
ximo præceden.art.diximus. Et ſic in iſto primo mem
6 bro † conclude,pronum nõ teneri ad refectionẽ eccle
ſiæ,ſeu reparationem: ſed ipſa eccleſia,ſeu rector:vt in
ſeq.mẽbro dicemus,nec ad totalẽ ruinã:& ſic ad reædi
ficationẽ,niſi hoc ipſe velit facere,ne amittat iuſp. ſeu
vt potius de nouo acquirat:vt in d.3.art.late dictum eſt.
vbi etiã concluſimus,primum pronum volentẽ reędi
ficare eccleſiã totaliter ruinoſam pferri extraneis hoc
agere volentib.vide omnino ibi.Quò ad ſecundũ mẽ-
7 brũ,quod † eſt,quis teneatur reficere eccleſiam:vt ſ.vi-
diſtis,longe & late loquutus eſt do.Pau. ſed tu ↄcluſiue
dic,ꝙ ſi loquimur de reparatione,aut erit portio fabri-
cæ ſufficiens:& ab adminiſtrantib.eã reparabitur:& ita
procedant illa iura.c.decernimus.10.q.1.& c.vnio.eadẽ
cauſa q.3.& præſertim ſi eſt eccleſia cathedralis, quæ vt
plurimum habet hanc portionẽ pro fabrica: & ita pro
cedant.c.voluit.c. conceſſo.c.quatuor. & c.de redditib.
12.q.2.& alia allegata ſ.per Pau. Aut nõ extat talis por-
tio pro fabrica:vel ſi extat,nõ eſt ſufficiens: & tũc in ec
cleſia cathedrali tenebunť ſupplere & reficere eps &
canonici: quia illi faciũt meum corpus.c.cũ nõ liceat.
de pſcriptio.& ſic ipſi tenebuntur:quia per eorum cor
pus repræſentatur tota illa eccleſia:vt in c. fi.de his quæ
fiunt a maio.par.c.& quamuis videantur vnum, tñ ca-
nonici poterunt cõpelli per epm ad hoc, vt voluit ibi
Abb.& ſ. diximus poſt Pau. quia penes eos eſt tota dos
eccleſiæ:vñ dicerem, ꝙ ſi tota dos eſſet penes epm,ipſe
ſolus tenereť & non canonici,vt eſt Trani, vbi archie-
piſcopus oĩa habet: & canonici ſolũ certa relicta poſt-
modum acquiſita:& ideo ipſe eps tenetur ad omnem
fabricam:& in hoc caſu alij inferiores beneficiati non
tenentur,cum per eos non repræſentetur corpus eccle
ſiæ,vt proximè dictũ eſt. Aut ſumus in alijs eccleſijs q̃
cathedralibus,& ſic in inferioribus, & tunc tenebũtur
reparare eccleſiam omnes beneficiati in illa:& ita loq-
tur tex.c.j.& c.de his.de eccle. ædific. facultatibus tñ ip-
ſius eccleſiæ:& nõ de proprijs:immo ſi de proprijs expẽ
diderunt,& occurrit mors: adeo ꝙ non potuerunt ab
eccleſia hæredes repetere:vt late diximus in d.j.par.j. li.
in 6.q.prin.in 3.art.in d. verſi. minime ẽt obſtat vltimũ.
Et ſi iſti beneficiati non habent ab eccleſia tñ, ꝙ id fa-
cere poſſint,tenebuntur parrochiani,ſi eccleſia eſt par-
rochialis,ſicut dicimus, ꝙ vbi de neceſſitate eccleſię ẽ
ædificãda pp periculum animarũ ex abundãtia populi:
& non eſt vnde poſſit dotari,parrochiani tenentur pro
uidere rectori de victu:vt diximus ſ.in d.j. par.1.li. in 5.
q.prin.in 18.art.circa fi.in verſ.aduertendum eſt,& in 4.
q.prin.in 8.art.& ſic prouidebitur eccleſiæ circa repara
tionem modis ſupraſcriptis:& in hoc vltimo caſu par
rochianus tenebitur:& nõ poterit hoc euitare, quãuis
vellet exire parrochiã: vt voluit Pau.in ſuis fi. verbis, q̃
ſ.retulimus,& faciunt q̃ dicemus j.in 5.ſeq. art.Omnia
prædicta locum habent,niſi aliter ſe habeat ↄſuetudo:
quia illa in pdictis ſummopere obſeruanda eſt: vt ſ.di-
ximus poſt Pau. Si aũt loquimur de eccleſia caſmate,
antiquitate,vel alia ruina penitus deſtructa, ſi ſufficiũt
ſupraſcripti modi ad illius reædificationem, illi obſer-
uabuntur:ſed ſi nõ ſufficiunt,requirentur antiq proni,
ſi voluerint hoc facere:& ibi præferentur extraneis: &
erunt proni ex aliqua cauſa reſtãti antiqua:& ex reędi-
ficatione cum ↄſenſu epi tñ facta:ſi verò noluerint,ad
mittentur alij hoc agere volẽtes:& cũ ↄſenſu epi reędi
ficantes acquirent iuſp.vt diximus in d.j.par. j. lib. in 6.
q.prin.in 3.& 4.art.& ſi reædificat ipſemet rector de pa-
trimonio cum cõſenſu epi etiam efficietur patronus:
vt ſupra diximus: & ſic hæc reædificatio ſpectabit pro-
no,ſi vult reædificare vt non amittat iuſp. vt in fi.1.præ-
ced.membri huius arti. diximus.& ſic nunc habes om-
nia dicta in hac materia multũ larga: & quis teneatur
reparare eccleſiam,ponit pulchre Phi. Decius in conſ.
118.diuino &c.viſo inſtrumento.in 3.col.

¶Tertius arti.7.q.prin.3.Libri.

1 *Reficere domum pro ſacerdote quis teneatur.*
2 *Eccleſia indiget ſacerdotibus miniſtrantibus.*
3 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

ET ſucceſſiue quærit Pau.& hic ſit.1.arti.quis teneať
1 domũ pro ſacerdote † reficere,ſacerdos,an pronus.
& Pau.in hoc tra.in 6.par.in 5.arti.in 3.q.dicit ſe putare,
ꝙ q teneatur ad refectionem eccleſiæ, pariter teneatur
ad refectionẽ ipſius domus:quia domus ſacerdotis ve-
2 nit acceſſoriè ad ipſam eccleſiam:certũ eſt enim † eccle
ſiam indigere miniſtrãtib.ſacerdotib.c.reuertimini.16.
q.j.& p ↄns indigere habitatione pro ipſis. Secundò ad
3 ducit,pro hoc facere † quia acceſſorium ſequitur natu
rã ſui principalis.c.ſi ſuper gratia.de offi.deleg.lib.6. re-
gula acceſſoriũ.de regu.iur.l.fundi.ff.de fundo inſtru.l.
j. cum ſeq. ff. de pecu.leg. ergo tenebuntur beneficiati
domum reficere,ſi non eſt fabrica pro eccleſia, vel cõ-
ſuetudo,ꝙ alij puta percipientes vtilitatem ex tali ec-
cleſia pro rata vtilitatis teneantur:vt in c.fi. de his quæ
fiunt a maio.parte c.quibus omnibus ceſſantib.dicit ſe
putare ipſoſmet parrochianos poſſe ad talem refectio
nẽ cogi:ſicut in proximo art.dictum eſt in eccleſia.Pro
prædictis faciunt, ꝙ cum dos ſit danda, vt inde viuere
poſſit ſacerdos rõne alimentorũ venit habitatio & ſic
datio domus:vt diximus ſ. in 3.q.prin. huius 3. lib.in 9.
arti.eccleſia ex ſuis redditibus vel alij qui eccleſiam re
ficere debent & domum pro ſacerdote reficiant.

¶Quartus arti.7.q.prin.3..Libri.

1 *Alienatio bonorum eccleſiæ permittitur pro eius reparatione vel re-
fectione, ac etiam pro refectione domus ſacerdotis, vbi aliter refici
non poteſt.*
2 *Iuſpa an admittetur extincta dote,quia eſt expenſa in reparatione ec-
cleſiæ.*

QVid aũt ſi prædicti modi non poſſent obſeruari &
porrochiani eſſent adeo inopes,ꝙ nõ poſsẽt ſub-
uenire fabricæ eccleſiæ,qs dẽret reficere eccleſiam, vel
domum ceſſantib.oĩb.ſupradictis remedijs. & hic ſit 4.
1 art.Pau.de Cita.in d.6.par.in 5.art.4.q.dicit breuiter † ſe
credere deueniri poſſe ad alienationem bonorũ ipſius
eccleſiæ pro tali reparatione faciẽdæ.vel ĩ domo ſacer-
dotis:vel in ipſa eccľa.cle.j.de reb.eccle nõ alie.ibi,niſi
neceſſitas aut vtilitas prioratus,monaſterij,vel eccleſię
hoc expoſcat.Quod ego tenerẽ,ſi ſupabũdarẽt ĩ dote:
qa aliàs diminueret dotẽ, & eſſet cooperire vnũ altare
& diſcoperire aliud, niſi dicamus, ꝙ reparata eccľa de
dote eius vendita reperiť alter dotãs,quãuis ſit cõſecra
ta:vt no.in c.cũ ſicut.de conſe.eccle.vel alt. de quo nos
2 diximus late ſ.in j.par.1.li.in 6.q.prin.in j.art.¶† Sed tũc
erit pulchrum dubiũ:qa dos erit extincta & tertius re-
dotabit:an primus dotãs amittet iuſp.& videretur dicẽ
dũ ꝙ ſic,p ea q̃ diximus.ſ.in j.pce.art. ex quo ſemel dos
eſt pcrẽpta,quãuis ſine culpa dotãtis:vt ex ibi dictis col
ligiť,& tanto magis qa ex dote hoc caſu nõ fit reædifi-
catio eccleſiæ,qa tunc eſſet ſaltim patronus ex reædifi
catione:vt pceden.2.art. diximus. & in locis ibi allega.
ſed fit reparatio, quæ nõ concedit iuſp. vt ibi diximus.
Tñ ego tenerẽ oppoſitũ: qa in hoc caſu facto eccleſiæ
dos conſumitur & nõ ex alia cã,quæ non põt eccleſiæ,
nec alteri imputari,patronus amittit iuſp.& ita proce-
dunt d.in j.art.Sed qn põt alteri imputari:& tunc diſtin
guerem,ꝙ aut ex facto,puta pp eius neceſſitatem vt in
caſu noſtro:quo caſu permittitur alienatio ẽt rei ſtabi-
lis eccleſiæ:vt in c.ſine exceptione.12.q.2.& in cap.2.de
reb.eccl.non alic.& tunc quia pro ipſius neceſſitate fit,
nõ ex hoc acquiret commodum liberationis:quia ha-
beret duo cõmoda.ſ.reparationis illius & liberareť a iu

repa.

rep. & ſeq. abſurdum: quia ex hoc commodo patronus priuaretur ſuo iurep. quod nõ eſt dicendum: quia hoc eſſet contra duas regulas iuris. Prima: quia qui ſentit commodum &c. de regu. iur. lib. 6. debet ſentire & incommodum: & hic qui ſentiret incommodum: non ſentiret commodum: prout eſſet patronus: & contra aliam regulam, qui cauſam damni dat &c. nam hic eccleſia daret cauſam damni: & non videretur dare damnum: ex quo in nullo læderetur: ſed lucraretur: quare dicerem primum p̃ronum adhuc remanere p̃ronum ex prima cã. cogita circa hãc difficultatem: quia noua.

Quintus arti. 7. q. prin. tertij Libri.

1 *Eccleſia totaliter diruta non admittitur ad eam reſtituendam extraneus patronis volentibus eam reficere, vel reædificare.*
Ipſis vel aliquo ipſorum volente iuſp. amittitur, & tranſit ad extraneos reædificantes.
2 *Renunciare beneficio, vel recedere a parrochia quis non poteſt, vt non teneatur ad refectionem eccleſiæ.*
Idem in vaſallo renunciare volente feudo.
Idem in emphyteuta volente renunciare emphyteuſi.
3 *Amittitur dominium vel vſus per nolentem reficere rem communem, vel rem in qua habet vſum communem, & quando hoc caſu compelli poſſit.*

ET ex prædictis omnibus reſultat .5. dubitatio: an iſti qui aliquo iure tenentur reſtaurare, vel reædificare eccleſiam: & aliquis horum nolit cum alijs concurrere, vel renunciat illi iuri, vt ad refectionem, ſeu reædificationem non teneatur, amittet ius, quod habebat, ſeu
1 eius renunciatio ſit admittenda. ¶† Et in patrono poſſet hoc cadere in reædificatione: quia, vt dixi s. in 2. art. in ſecundo eius membro remiſſiue, eccleſia totaliter diruta non admittetur ad eam reædificandã extraneus, ſi primi patroni volunt ipſi reædificare: ſi vnus ipſorũ noluit contribuere habebit locum articulus noſter: & non eſt dubium, illum non eſſe amplius patronũ: quia ſicut omnes patroni ſi nollent reædificare amittunt eorum iuſp. & tranſit ad extraneos reædificantes: vt diximus s. in 1. art. multo magis hoc erit, ſi non erunt extranei reædificantes: ſed ipſimet patroni: ſi vnus ipſorum noluerit contribuere, amittet ius ſuum ipſe ſolus, & accreſcet reædificantibus, arg. l. quę de toto. ff. de rei vẽd. & c. paſtoralis. §. item cum totum. de offi. delega. & hæc veritas non habet angulum. Quò ad reliquos habentes reparare eccleſiam vel rem communem facio has cõ
2 cluſiones. Prima ſit † ꝙ ſi aliquis velit renunciare beneficio, vel recedere a parrochia: vt non teneatur ad talẽ refectionẽ, nõ poterit hoc facere, cũ fuerit de p̃terito: vt eſt tex. & ibi doct. & in c. vnio. 10. q. 3. vbi de epiſcopo volente renũciare epiſcopatũ, vt euitet onera & eorũ p̃ſtationẽ: & idẽ de vaſallo volẽte renũciare feudo vt ad ſeruitia domino non teneatur, de quo eſt gl. ordinaria cũ ibi nota. in c. j. §. ſimiliter. de capitaneo qui curiã vendi. & p Iac. de Bel. Nico. de Neapo. & do. in c. j. de vaſall. q ꝯ ꝯſti. Loth. feu. ali. in vſi. fe. gl. & do. in c. q̃ in eccleſiarũ de conſti. vbi late do. Fely. in 28. col. in verſi. tertiò fallit. & idẽ dicit eſſe in emphyteuta, ſi vellet renunciare emphyteuſi: vt ibidem in verſi. ex his infertur, & in Spe. de feud. §. quoniam. verſi. 18. & per Bal. in c. j. §. calidis. de p̃hibita feudi alie. Dy. & Bar. in l. 1s cũ quo. ff. de aqua pluuia arcẽ. & p Floria. in l. ſi abſente. & in l. cum fructus. ff.
3 de vſufruc. ¶† Secunda ſit concluſio, ꝙ ſi res eſt cõis, & ad refectionẽ eius vnus ex dominis nõ vult ꝯtribuere, requiſitus amittit dominiũ, vel vſum, qđ, vel quẽ hẽt in illa re p regũ. qui ſentit cõmodum &c. l. ſin naturam. ff. de reg. iur. ſed difficultas eſt, an hoc ſufficiat, vel debeat adhuc cõpelli ad refectionẽ: puta in vicino nolẽte vsũ putei vel clibani, vt nõ teneat ad collectã pro refectione eius: & ĩ hoc diſtinguũt doc. ꝙ aut refectio imminet pro tempore p̃terito: aut pro futuro. Primo caſu debet fieri contributio: quia non tenet renunciatio in damnũ vicinæ. cum ipſe iam perceperit commodum, ſicut alij vicini, vnde ſentiat & incõmodum, per d. reg. q ſenſit commodũ. Secũdo caſu ſi refectio imminet pro tẽpore futuro: & aliquis ex vicinis nõ vult vti puteo vel clibano communi: qa habet ſuum in domo: & idẽ, qa onus eſt iniunctum domo & non perſonis, argu. l. ædiles. ff. de via publica, & quia puteus eſt communis vt vniuerſitatis & non vt ſingulorum. l. quod maior. ff. ad municipa. & hic caſus põt adaptari ad collegiũ vel vniuerſitatẽ qñ ſunt patroni, ꝙ ſi maior pars vult reædificare, non obſtabit voluntas minoris quin collegio ꝯſeruet vel de nouo acquiratur iuſpa. & minor pars cõpellatur cõtribuere. Si verò voluerit mutare habitationẽ & inde recedere: & non vti puteo: & tunc non eſt obligatus ratione futuri temporis ſm Barth. Cepol. de ſeruitu. verba prædi. c. 47. ſed Albe. de Rosa in tractatu ſtatutorum in 1. par. c. 35. & Flo. in l. cum fructuarius. ff. de vſufru. videantur indiſtincte velle, eum teneri ad cõtribuendũ: vt etiam per Firma. in tra. de ep̃o, in 1. par. 2. lib. in fi. 29. q. ſed ego tenerem, ipſum adhuc teneri ſi ratione perſonæ: ſecus ſi ratione domus: & ideo s. in 2. art. in fin. dictorum Pau. & etiam in fi. diſtinctionis meæ appoſitæ in primo membro illius arti. parrochianum etiam recedẽtem a loco teneri ad refectionem eccleſiæ, ex qua ſacramenta habebat.

Sextus arti. 7. q. prin. 3. Libri.

1 *Papa an poſſit priuare patronum iurep. ſine cauſa. vbi quòd ſic.*
2 *Præſumitur in dubio cauſa in priuante.*

1 DVbitatur modò ſextò: † an Papa poſſit in totum ſupprimere iuſp. & ſic patronum priuare illo ſine cauſa & ex ſua voluntate libera. Et nos diximus s. in 1. arti. proximè præceden. q. princ. epiſcopum non poſſe minuere, nec ſupprimere beneficium: & in conſequẽtiam iuſp. ſine ipſius patroni licentia: vt dicit Gay. in c. fi. de elect. lib. 6. circa fi. 20. col. allegat Card. in c. cum acceſſiſſent. de conſti. ad fi. tunc ſic, illud quod non poteſt diſponere epiſcopus in iurep. nec intelligitur velle Papam, niſi exprimat: vt hanc regulam firmauimus s. in 5. præced. q. prin. in 3. arti. ergo non eſt dubium, Papam velle ſupprimere iuſp. niſi hoc exprimat: quia nec præſumitur præſentationi patroni layci derogare, niſi exprimat: vt late diximus s. in 5. par. 1. lib. in 9. q. prin. in 3. arti. & hoc ꝙ non præſumatur concedo, ſed articulus noſter eſt, quando exprimit, & vult iuſp. ſupprimere ſine cauſa: & in hoc non eſt dubium Papam hoc facere poſſe, vt de eius potentia diximus s. in hoc iure in d. 9. q. prin. in 2. arti. nam ſicut poteſt eccleſiam liberam facere patronatam layci ob eius potentiam: vt diximus s. in j. par. j. lib. in 10. q. prin. in 2. art. ita poteſt & illud opprimere, maxime cum hoc habeat p̃ronus ex gratia. c. 3. hoc ti. & diximus late s. in d. j. par. j. lib. in j. q. prin. in 4. arti. Per quem tex. c. 3. plus dicerem, Papam poſſe vniuerſaliter tollere iuſp. & reducere ad ius antiquum qñ iſtud iuſpa. non erat: nam in primitiua eccleſia tale ius non competebat & venit cõtra rigorem antiquorum canonum de gratia: vt nos diximus in d. 4. artic. & dixit Gaie. in d. rep. c. fi. in 16. col. in verſi. quæro quid ſit iuſp. ſi Papa ſuſtinet, põt qñ vult non ſuſtinere: vt ex natura illius verbi colligunt ibi do. & quàm maxime hoc procedit pp magnam poteſtatem, quam habet Papa in beneficialibus, de qua per do. Fel. in c. quæ in eccleſiarũ. in 14. col. in verſi. pro iſta declaratione & ſeq. Nec obſtat,
2 ꝙ dicatur facere ſine cauſa † quia in principe; & ſic in ſummo Pontifice ſemper in dubio præſumitur cauſa; dato ꝙ nõ appareat: vt voluit Abb. in c. quãto. in 4. col. in verſ. ſi tñ Papa. de iureiu. & in c. in cauſis. in 1. not. de re iu. & Cyn. in l. fi. C. ſi contra ius vel vtilita. publi. cum alijs allega. per d. do. Fely. in d. c. quæ in eccleſiarum. in 20. col. in 5. concluſione, præſertim cum hoc ius ſit de iure poſitiuo: vt late diximus in d. 3. parte 2. libri in 9. q. prin. in 2. ar. & ita tene: quia in hoc caſu non eſt dubiũ: nam aliter dicere eſſet ponere os in cęlum.

Septimus

¶Septimus arti.7.q.prin.tertij Libri.

1 *Iuſp.ſeu ius eligendi non amittitur, etiam ſi capitulum non elegit: & patronus non præſentauit: quia prælatus ſeu rector ſemper vixit, & ſic eccleſia non vacauit: nu. 5. & 6.*
2 *Ciuitate obligata ad faciendum exercitum, cum princeps fecerit, princeps non faciendo exercitum per centum annos non amittit ius quod habet in ciuitate ſibi obligata ad exercitum faciendum.*
3 *Diœceſis permanens ſine epiſcopo etiam per mille annos non perdit ius habendi eum, niſi populus occidiſſet duos epiſcopos.*
4 *Dominium & quaſi poſſeſſio iuris præſentandi perpetuatur de patre in filium.*
7 *Probari qualiter poſſit, ne perdatur iuſp. vel electionis, quòd non acciderit caſus præſentationis, vel electionis.*

DVbitatur 7. an perdatur iuſp. etiam ſi per centũ an
nos non ſit facta præſentatio: quia non fuit expe-
diens: vel quia caſus non ſucceſſit. Hunc articulũ for-
mat Firma. in tra. de epiſcopo. in 3. par. in 23. q. licèt lo-
quatur de electione. idem in præſentatione per regu.
quam poſuimus ſ. in j. par. ij. lib. in 3. q. prin. in art. diſpo
ſita in electione præſertim in materia acquirendi vel
amittendi ius eligendi ſeu eius quaſi poſſeſ. habere ẽt
locum in iurep. ſeu eius quaſi poſſeſ. & reſpondet Fir-
1 ma. hæc iura non amitti etiam, ſi † capitulum per cen-
tum annos non elegit: & ſic patronus nõ præſentauit:
quia prælatus ſeu rector ſemper vixerit: & ſic eccleſia
non vacauit, allegat Flori. in l. iter ſepulchro. ff. quem-
admo. ſerui. amit. & in l. arborib. §. de illo. ff. de vſufruct.
& dicit probari in l. mihi filij, & ibi Bart. C. de decurio-
2 ni. lib. 10. vbi etiam ipſe Bart. notabiliter dicit † ꝙ ciui-
tas obligata facere exercitũ qñ facit princeps: ſi prin-
ceps per centum annos non fecerit exercitũ, non ꝑdit
ius ſuũ, quod hẽt in vniuerſitate ſibi obligata ad exerci
tum faciendũ: quod ẽt tenet Bar. in l. eum ſcimus. C. de
agrico. & cenſ. lib. 11. & Floria. in d. §. de illo. Pro hoc ẽt
dicit facere: quia iuriſdictio diu non exercitata: ex quo
caſus exercẽdi nõ occurrit, non perditur ex p̄ſcriptio-
ne ſm Spec. in ti. de iuriſdictio. omnium iudi. in ver. &
ſunt hæc in ar. Dicit etiam facere pro hoc: quia ſi facul
tas vtendi priuilegio non ꝯtingat per lapſum termini
non arguitur renunciatio priuilegij ſm Bal. in margari
ta in verbo ſtatutum verſi. 6. quod dicit eſſe notandum:
quia ſi aliàs priuilegiatus non vtitur priuilegio, vr ei re
nunciare etiam infra decem annos. l. 1. & ibi Bart. ff. de
nundinis. & in l. principum. de conſti. princi. de quo ẽt
per Cyn. in l. voluntarie. C. de excuſa. tuto. in 2. & in 4.
q. & Franciſ. de Alberg. in conſi. magiſter Cichynus. &
Bar. in l. 2. §. fi. ff. de decurio. & in l. 1. & 2. ff. de iure au. &
in l. priuilegio. de decurionibus. & per Bald. in l. 2. C. de
iure dom. impetran. & in l. parentes. & in l. libertos. C.
de teſtib. & in l. alia. C. de his quibus vt indignis. & Bart.
in l. 1. C. eo. tit. & ibi gl. & do. in c. cum acceſſiſſent. de cõ
ſtitutio. & in ca. de terra. de priuilegiis. quod eſt, ſi priui-
legium eſſet vtendum ſaltim quolibet anno: ſed ſi nõ
eſſet vtendum, niſi caſus accideret: caſu non occurren-
te non perditur per non vſum per ſupraſcripta. Hic ad-
3 ducit pulchrum dictum † ꝙ ſi diœceſis ſtetit ſine epiſ-
copo etiam per mille annos: dummodo conſtet aliàs
habuiſſe ep̄m, non perdit ius habendi: & ideo põt de-
nuo petere ſibi de epiſcopo prouidere gl. eſt nota. in c.
felix. 6. q. 1. per c. licet. eadem cã. q. 3. Quod tamen dicit
verũ eſſe, niſi populus occidiſſet duos epiſcopos ſuos.
per tex. ſingularem in c. ita nos. 25. q. 2. Supraſcriptam
ẽt concluſio. tenuit ipſe Firma. in d. 3. par. 1. lib. poſt me
dium. 2. q. habere locum ẽt in quaſi poſſeſſione eligen
di, & ſic p̄ſentandi: vt non perdatur, ſi ſemel non eligãt
ipſi, ad quos pertinet ius eligẽdi: & ſic patroni ad quos
pertinet ius p̄ſentandi, ſi alij non eligant, alleg. Inol. in
c. querelam. de elect. & Flori. in l. ſi ſit conſtituta. ff. quẽ
admo. ſerui. amit. Et idem Firm. in d. 3. par. in 36. q. dicit
canonicos probare ſe eſſe in quaſi poſſeſſione iuris eli
gendi, ſi probãt proximã electionẽ feciſſe, ẽt ſi anni 30.
ſint elapſi, allegat Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itine-
re actuque priuato. quia ſemper dicuntur eſſe in quaſi
poſſeſſione eligendi ſm Bal. in l. 2. in 5. q. C. de ſeruitu.
Tu circa hoc vltimum de quaſi poſſeſſio. amit. dic vt
nos diximus ſ. in 1. par. 2. lib. in 3. q. prin. in 13. art. & ibi-
dem in 21. art. diximus, quaſi poſſeſ. cõſiſtere in vltima
præſentatione inſtitutione ſequuta: de quo etiam ibi
in 11. art. Et adde vnum pulchrum, quod poſuit Fed. in
4 conſi. 192. nobilis quidam. in vltimo dubio. † non ſolũ
dominium: ſed etiam quaſi poſſeſ. iuriſp. & præſentan
di perpetuari de patre in filium: adeo ꝙ ſi Papa præſen
tauit & ſtetit per quẽcunq; numerum annorum, ꝙ ec-
cleſia non vacauit: adeo ꝙ moritur pr̄, filij dicentur nõ
ſolum patroni: ſed ẽt exiſtere in quaſi poſſeſſione præ-
ſentandi. Et plus dicit ibi Fede. ꝙ ſi ex primis filijs d. de
functi tutores duorũ pupillorũ, & vacatio occurrerit p̄
ſentauerit, & alius filius pubes ẽt vocatus noluerit præ
ſentare: non quia noluit eſſe patronus: ſed quia ſibi nõ
placet: nõ per hoc amittet quaſi poſſeſſio. ſed cũ iterũ
vacauerit, admittetur ad p̄ſentãdum: quia conſeruatũ
eſt eius ius per p̄ſentationem tutricis nõie fratrum, &
non p̄ſentauit alius extraneus, de quo conſilio latè lo-
quuti fuimus ſ. in d. 3. q. prin. in 22. art. Et ex dictis ibi in
fero ad ſupraſcriptam deciſionem articuli noſtri ꝙ ſi
5 † benè ſtetiſſet rector vnius p̄ſentatus a patre per centũ
annos, infra quos filius vel nepotes ex eo non præſen-
taſſent: quia nunquam caſus accidit vacationis, non ꝑ
hoc amittetur: nec dominium: nec quaſi poſſeſ. ipſius
iuriſp. Et idem diceremus procedere, ẽt ſi medio tẽpore
vacaſſet eccleſia, & Papa illã ꝯtuliſſet derogando illa vi
ce iuripa. layci, quod fieri põt c. cum dilectus. hoc tit. &
diximus late ſ. in 3. par. 2. li. in 9. q. prin. in 3. ar. ſi inter va
tionem prouiſam mediante præſentatione patroni,
& ſecundam prouiſam per Papam derogando patro-
no cucurriſſent centũ anni: quia ſemper p̄ntatus vixiſ-
ſet, & centũ alij anni cucurriſſent inter ꝓuiſionẽ factã
ꝑ Papã & nouã vacationẽ: vel qa tanto tp̄e vixit proui-
ſus ꝑ Papam: vel quia ſucceſſiuis vacationib. Papa de-
rogauit p̄rono, & ideo nec ipſe, nec ſui hr̄des nec hære
des hr̄dum p̄ntarunt, non per hoc amiſerunt iuſp. nec
eius quaſi poſſeſ. Quod diceremus procedere, ẽt ſi proui-
ſio non eſſet facta canonice non per Papam: ſed ꝑ aliũ
de facto: puta tyrannum cui p̄ronus reſiſtere non pote
rat, arg. notatorũ per do. Inno. de impedito. c. 2. de reſti-
tu. in integrum. quo caſu debet proteſtari de hac violẽ
tia: qa aliter non procederet, iuxta latè notata ꝑ do. Fel.
6 in c. ex tranſmiſſa. de p̄ſump. † Et ſic facio ꝯcluſionẽ in
hac materia: ꝙ quantocunque tp̄e p̄ronus nec eius hæ-
redes & hæredum hr̄des non præſentauerit: quia ſem-
per vixit rector: vel Papa eis derogauit: & ipſe vocãdo
prouidit: vel alius de facto tirannus exiſtẽte proteſtatio
ne p̄roni ſibi prouidit, non dico p̄ntauit: quia tunc eſſe
mus in materia, qñ concurrunt patronus vetus, & ma-
læfidei poſſeſſor, & ſimiles, de quibus diximus ſ. in d. 3.
par. 1. lib. in 3. q. prin. in primis octo ar. nunquam patro-
num nec eius hæredes: & hæredum hæredes dicuntur
amittere iuſp. immo nec quaſi poſſeſ. per ſupraſcripta,
7 dũmodo p̄dicta probentur. † Et in hoc conſiſtit difficul
tas, qualiter hoc probet̄: & dico eſſe probandã vltimam
p̄ntationem inſtitutione ſequuta, & erit probata quaſi
poſſeſ. vt in c. ꝯſultationibus. hoc tit. & diximus. ſ. in 2.
par. 2. lib. in 10. q. prin. in 6. art. ſeu probato iurepa. anti-
quo eo mõ, quo prout ibidem diximus in 4. art. & pro-
bata longa vita præſentati, & inſtituti: & probatis inter
medijs probationibus prouiſis per Papam cũ expreſſa
derogatione patronis: vel tirannicã prouiſionem cum
proteſtatione: & erit probatũ, iſta intermedia tempora
non induxiſſe p̄ſcriptionem contra dominiũ patroni:
nec attuliſſe ſibi quaſi poſſeſ. quia nullus p̄ntauit extra
neus: & ſic vita rectoris, & derogationes ſummi Ponti-
ficis ꝯſeruabunt dominiũ & quaſi poſſeſ. quæ oĩa certè
ſunt notatu digniſſima. Et adde ad prædicta quod pul-
chre voluit Gaie. in repe. c. fi. de elect. li. 6. ante fi. 38. col.
& in tota ſeq. col. ꝙ ſi epiſcopus laycos maximè parro-
chianos ad oſtendẽdum ius quod eis competit in ipſa
eccleſia

eccleſia ad pſentandum ſufficiet eis probare quaſi poſ
ſeſ.licèt nō poſſint probare proprietatem per ꝯſilium
Fede.106 incipit qō talis eſt,an diocceſanus: & manu te
nebuntur in dicta poſſeſſione, donec ꝯ eos probeẽ &
feratur ſnĩa in proprietate ſm cōſilium pdictum Fede.
quod re vera eſt 216.in 2.col.& pro hoc allegat Gai. no
tata per Car.in c. quod ſicut.de elect.in 8.& 9.col.& per
Abb.in c.fi.in 11.col.de conſuetu.& Bal.in 10.col.quid
ſit inueſtitura.in §.ſi verò cps.cum alijs per eum ibi al-
legatis:& ſic licèt non probent dominium iuriſpa.ſed
ſolam quaſi poſſeſ.non emittent iuſp.Et pro omnibus
ſupraſcriptis facit,quod dicit Phil.Decius in conſ.149.
in 2.dubio,in fi.4.col.quod incipit in cauſa iuriſp.ꝙ ſtā
te commenda beneficij patronati facta per Papam dēt
ꝯſiderari illa quaſi poſſeſ.quæ erat ante commendam
tempore quo vacauit beneficiū.& in conſi. 176.in can-
ſa D.Franciſci.in 3.col.& in vlti.col.ex qbus dictis oĩa
ſupraſcripta colliges, & faciunt ēt quæ ipſe dixit idem
Phili.in conſ.134.viſo puncto.in 2.col.poſt prin.2.dub.

Octauus arti.7.q.prin.3.Libri.

1 *Iuſp.amititur per non vſum præſentationis,& eccleſie ſit libera.*
2 *Tempus quod,vt poſſit præſcribi iuſp.*

1 SEd dubitatur modò octauò † an eccleſia patronata
poſſit libertatem acquirere per non vſum præſenta
tionis,& patroni ius id habebant, amittant iuſp. Et bre
uiter dicendum ꝙ ſic:vt in terminis voluit do. Abb.in
conſ.106.caſus ſuper quo. in prin. pen. col.in 2.vol.vbi
expreſſe dicit, patronos per non vſum præſentandi: vt
in caſu illo per centum 50.annos,amiſiſſe ius quod ha-
bebant,& eccleſiam præſcripſiſſe contra eos libertatē,
allegat.c. ſignificauit. & quod ibi no.de teſtib. nam per
non vſum perditur ſeruitus:& in l.ſi ſit cōſtituta.ff.quē-
admo.ſerui.amitta.& facit. c.de quartā. & quod ibi no.
per Inn.de præſcrip.Tu dic,ꝙ licèt iuſp.non poſſit præ-
ſcribi per laycum in eccleſia libera, vt diximus ſ. in 1.
par.1.lib.in 10.q.prin.in 5.art.vbi tenuimus opi. Archi.
contra Io.An.tamen iuſp.poteſt prẹſcribi de vno layco
per alium:vt diximus in 2.par.d.1.lib.in 11.q.princ.in 1.
arti.multo magis poterit eccleſia præſcribere libertatē
ꝯ patronū per nō vſum ipſius, & pro hoc quæ diximus
in d.11.q.prin.in 7.art.vbi tractauimus, an in dubio ec-
cleſia pſumatur patronata vel libera:& ponderauimus
non vſum patroni.Et quamuis ibi Abb.loquatur de tē-
2 pore centum 50.annnorum : quia ſic erat ibi caſus:† tñ
ego dicerem ſufficere tēpus, quo ſufficeret præſcribere
ꝯ laycum:prout diximus in d.11.q.prin.in 5.art. infra di
ctum tempus vnum laycum poſſe præſcribere iuſpat.ꝯ
alterum.Et adde prædictis,vnum presbyterū poſſe age-
re contra patronū ſuper libertate eccleſiæ. Ita pulchre
Gaie.in rep.d.c.fi.de electio.li.6.in fi.39. col. allegat Car.
& alios in c.fi.in c.ſignificauit.præſertim in fi. de teſti.&
faciunt quæ dicentur in ſeq.art.

Nonus arti.7.q.prin.tertij Libri.

1 *Amittitur iuſp per patronum,ſi illud ceditur, vel renunciatur.*

1 DVbitatur nonò † an iuſp.perdatur per pronū cedē-
do vel renunciādo illud ipſimet eccleſiæ:& dicēdū
eſt ꝙ ſic:& iſto caſu ius præſentandi , & inſtituendi ſpe-
ctabit ad ordinarium loci: qa eccleſia efficietur libera.
Et in hoc nō eſt dubiū:cū de hoc appareat tex.in ca.vni
co.hoc tit.li.6.& poterit fieri hæc remiſſio ēt ſine con-
ſenſu epiſcopi.& ratio ſatis clara aſſignatur in d.c. vni-
co.per Gem.quia ſicut a principio potuit patronus ec-
cleſiā liberā dimittere , non retinendo ſibi aliquod ius
in ea.c.ſignificauit.de teſtib.ſic poterit remittere iuſpa.
nā in d.c.ſignificauit. ædificans eccleſiā voluit eſſe libe-
rā:& iō poterit ſacerdos petere, vt examinetur teſtis ad
eternā rei memoriā,denunciādo fundatorib. vel hrdi-
bus corū:vt receptioni teſtiū interſint:vt ibi patet:& in
hoc non eſt dubiū ſcđm Pau.de Cita.in hoc tra.in 9.par.
in 9.q.quod ego cōprobo per rōnem , quam adduxi in
proximo pced.art.nam ſi laycus poteſt iuſpa.quod hēt
in eccleſia trāſferre in laycū titulis habilib. de quib. in
2.par.1.li.p totum, multo magis ipſimet eccleſie fauo-
re ſuæ libertatis:& ſicut hoc poteſt facere in laicos ēt in
piudicium hrdum:vt diximus in d.2.par.in 2.q.princ.in
7.art.multo magis & in hoc caſu,p no.in d.c.vnico.hoc
ti.li.6.Sed dubiū eſſet,an pronus poſſet renūciare iurip.
reſpectu fauoris eccleſiæ,ſcilicet vt illā nō defendat,de
quo diximus ſatis ſ.in 2.q.huius partis in 4.& 15.ar. & an
in iſto caſu debeat habere alimenta, ſi vergat ad inopiā
pronus diximus ſ.in 3.q.prin.huius lib.in 13.art.Et licèt
poſſet dici,ēt pronū perdere iuſpa. cū illud transfert in
alios aliquo tit.habili,de quib.in d.1.par.j.lib. p totū: tñ
qui iuſp.ꝯtinuat in illū,in quē eſt tranſlatū,non. dico il
lud eſſe amiſſum: & nos loquimur in prẹſenti & ſeq.q.
prin.qñ per pronum amittitur:non ꝙ alteri q̃ratur:ſed
qñ q̃nī ipſimet eccleſiæ,quo caſu efficit̃ libera : & ideo
nō loquor hic de illa amiſſione : vnde in hoc caſu eps
vnico actu oĩa faciet : vt de hoc vltimo late diximus ſ.
in 3.par.2.lib.in 7.q.prin.in vlti.arti.vbi tractauimus, qñ
ad epm deuoluitur ius prouidendi eccleſiæ pronatẹ ex
negligentia, vel culpa patronorū , vel quia tranſlatū eſt
in eccleſiā iuſp.an illi prouidebit vnico actu : vel opus
erit præſentare & inſtituere : & licèt ibi conſiderauceri-
mus plures caſus:tamen hic caſus quando renunciat̃ in
totum ipſi eccleſiẹ:& non remanent cōpatroni vnico
actu,expedit oĩa epiſcopus,ſicut facit in mera collatio
ne.vide ibi.Et ſi cōtradiceretur libertati eccleſiæ,rector
poterit obtinere ſententiam pro eccleſia,ſcilicet illam
nō eſſe pronatā , & orietur ius affirmatiuū , ſicut orirẽ
pro illo,qui haberet ſententiā pro ſe ſcđm Pau.in d.14.
par.in verſi. 8. vt latius ſe dixiſſe dicit in 9.par.in 16.q.&
nos diximus.ſ.in 2.par.j.lib.in vlt.q.prin.in 9.art.per ſen
tentiam poſſe acquiri iuſpa.ergo ſic & amitti. 2

Decimus arti.7.q.prin.tertij Libri.

1 *Iuſp an amittatur unita eccleſia patronata cum alia eccleſia vel alta-
ri eccleſię conceſſa,vbi quòd ſic.*

1 DVbitatur decimò & vltimò † an ſi eccleſia patrona
ta vniatur,vel concedatur alicui alteri eccleſiæ:ſeu
pio loco de conſenſu patroni,an amittet iuſp.vt in prẹ
ced.caſu.& nos.ſ.in 6.q.prin.huius 3.lib.in 2.arti.tracta-
uimus: an epiſcopus poſſit vnire beneficium patrona-
tum cum alia eccleſia libera ſine conſenſu patroni : &
concluſimus ꝙ non:ſed cum eius conſenſu ſic. & in 3.
& 5.art.ibidem tractauimus,an epiſcopus poſſit conce
dere eccleſiam pronatā alicui pio loco ſine ꝯſenſu pro
ni:vel patronus ſine conſenſu epi:& ſimiliter concluſi
mus ꝙ nō:niſi ambo ꝯcurrerēt:vnde ſi concurrūt,tene
bit vnio & trāſlatio totius ecclæ:& ſic nec hoc caſu pro
num amittere iuſp.cum illud & eccleſia de qua diſpo-
nere pōt eps per c.nouerint & c.regēda.10.q.j.tranſeant
in illū locū piū,ſeu in illā eccleſiā vnitā liberā,vt ibi la-
te eſt dictū:& ſic iſte eſt alter caſus,in quo pronus amit
tit iuſp.ſine eius crimine,quem etiam ponit Pau.de Ci
ta.in hoc tra.in 14.parte in verſ. ſecundò finitur . qui ēt
ibidē in j.verſi.dixerat finiri iuſp. ſi eccleſia ſimplex effi
ciatur collegiata,de qua diximus.ſ.in d.6.q. prin. huius
lib.in j.artic.ſed in dicto verſi. ſecundò finitur. corrigit
ſe:& dicit in vtroque caſu , ſcilicet cum eccleſia ſit col-
legiata:vel cum vnitur: vel ꝯceditur alteri pio loco nō
finiri:ſed transferri iuſpat.vt ibi per eum. Tamen ſalua
pace ſua:quia nec in primo caſu transfertur, nec perdi
tur:quia patronus eccleſiæ q̃ ſit collegiata nō transfert
iuſpat.ſed penes eum adhuc remanet quò ad alios fru-
ctus , quàm præſentationis: immo in certo caſu etiam
quò ad præſentationem:vt diximus in d.j.arti.6. præce-
den.q.princip.ergo nec perditur,nec transfertur . Cum
vnitur verò,vel conceditur eccleſia alicui pio loco nō
trāſfertur:ſed perditur:vt proximè dictum eſt:quia ceſ
ſat

ſat iuſpa.ne confundantur iſtæ eccleſiæ: nec eſt qui de eo diſponat:& idem cum eccleſia patronata: ſeu eorū bona conuertuntur in præbendas aliarum eccleſiarū: vt diximus in d.6.q.prin.in 4.art.Niſi ſaluares Pau. in caſu qñ eccleſiæ cōceduntur pijs locis & ſunt parrochiales:quia illi religioſi in quos transferuntur pñant vicarium perpetuum pro cura animarum exercēda,cui aſſignat portionem congruentem, & reliquum de temporalibus conuertunt in proprios vſus:vt in cle.j. hoc titu.& nos diximus late s̃.in 3.par.2.lib.in 10.q.prin.per totum,ſed re vera illud non faciunt ex vi iuriſp. naturalis,& veri ſeu abuſiui:vt in d. 10.q. principa. diximus in 1.articu.late.

EX omnib.dictis in hac 7.q. prin. & eius decem arti. collige concluſionē pr̃onum poſſe amittere iuſp. ex ſupraſcriptis cauſis ſine aliquo eius crimine.Prima eccleſia vel dote perempta ſeu fundo ſubmerſo vel dimiſſo,& eccleſia alibi ædificata:vt diximus s̃.in 1.art.Licèt pr̃onus non teneatur ad refectionē eccleſiæ: ſed ad reædificationē ſic,ſi vult illud de nouo acquirere: vt diximus s̃.in 2.art.Vbi poſuimus ꝯcluſionē, quis teneať ad fabricā eccleſiæ reparandæ.Et qui tenetur ad reparationē eccleſiæ teneť ēt ad reparationē domus ſacerdotis eccleſiæ:vt diximus s̃.in 3.art.Et ſi vnus patronus nō vult concurrere in reædificatione non acquiret iuſpa. nec ꝯſeruabit antiquū:ſed accreſcet cōpatronis : vt diximus in 3.art.Et ibi poſuimus, an non ꝯtribuentes in re cōi amittant ius ſuum:& quid ſi volunt illud renunciare:vel a loco diſcedere,vt nō ꝯtribuant:an liberenť. ubi dixi in 4.art.ꝯcluſiones,& quid ſi nō eſt alius modus reparãdi eccleſiã:an ſint vendenda ſtabilia.vide in 4.at. Vbi dixi,ꝙ ſi dos vēdatur pp hoc,adhuc remanebit pr̃onus ille q erat pr̃onus ex dote. Secunda erit cauſa, ꝙ ſi Papa vult iuſp.ſupprimere:quia pōt ēt ſine cauſa,nō ſolum illius patroni: ſed oīum patronorū totius mundi: vt diximus in 6.art. Tertia eſt cauſa,ſi pr̃onus nō fuerit vſus iurep.adeo ꝙ eccleſia præſcripſerit libertatem:qa ipſe perdet iuſp.vt diximus in 8.arti.hoc reſtringitur vt nō procedat,ſi non vſus fuit:quia nō ſucceſſit vacatio ēt per centum annos:vel ſucceſſit , & Papa contulit ex preſſe denegando pr̃onis:vel tyrannus contulit, & pr̃onus eſt proteſtatus:quia in iſtis caſib. pr̃onus dicitur eſſe in dominio,& proprietate:vt diximus s̃.in 7.arti.vbi poſuimus modum probandi p̃dicta . Quarta eſt cã , nã patronus perdit iuſp.ſi illud cedit,vel renūciat ipſimet eccleſiæ:quia tunc illa erit libera,& epiſcopus illã conferet:vt diximus s̃.in 9.art.Et in iſtis duab.proximis cauſis rector eccleſiæ poterit agere,probationes producere,& ſñiam obtinere pro libertate eccleſiæ:vt diximus in ſi.8.& 9.art.Quinta eſt cauſa,ſi eccleſia pr̃onata vniť, ꝯcedit alteri eccleſię liberę ſeu alicui pio loco:vel in p̃bendã illius detur de conſenſu patroni: uel ꝯcedat patronus cum cōſenſu epiſcopi:quia patronus non habebit vlterius in illis iuſpa. & ſic dicetur illud amiſiſſe : & non tranſtuliſſe : vt volebat Pau. vt diximus s̃. in 10. & vlt.art.Et ſic ſumus expediti de iſta.7.q.prin. amiſſionis iuſp.ſine crimine.Tranſeamus ad 8. q. prin. amiſſionis iuſpa.cum crimine.

Octaua quæſtio principalis 3.Libri.

1 *Vendens iuſp.amittit illud & etiam precium,et emens eo ſpoliabitur, & eccleſia efficitur libera,cuius efficitur precium.*

QVæro octauò principaliter:an patronus ex aliquo delicto: ſeu crimine poſſit amittere : ſeu priuari iplo iurep.Et hæc qō habet infraſcriptos art.Et primus erit,an patronus vendens iuſp.illud amittet:& eccleſia illa efficiatur libera.Et dubiū facit quia iuſp.tanquam annexus ſpirituali vēdi non pōt:vt eſt tex.in cã.de iure. hoc ti.& rō eſt,vt ibi per do.quia illud vēdēdo cōmittiť ſimonia.c.præterea.de trãſactionib.& nos diximus s̃.in 1 2.par.j.lib.in 5.q.prin.in 1.arti.† & ideo emens illo ſpoliatur & vendens amittit precium:& ſic eccleſia efficitur libera & preciū efficitur eccleſiæ, cui facta eſt iniuria.c.quia clerici.hoc tit.diximus in d.5.q.prin.in 2. 3.& 5.arti.& hoc procedit,etiam ſi ipſemet emit: vt dicunt do.in d.c.quia clerici.& nos diximus in d.5.q.prin.in 4. & 6.art.Et ſic conclude per dicta in dictis locis,patronū amittere iuſp.ſi illud vendiderit etiam ipſi eccleſiæ, & eccleſiam effici liberam.

Secundus articu.8.q.prin.3.Libri.

1 *Eccleſia ſit libera patrono condemnato de hæreſi.& nu.5.*

2 *Recuperare an poſſit iuſpa.hæreticus rediens ad fidem, vbi quòd non. & nu.6.*

3 *Hæreticus priuatur iurepa.tanquam committens crimen læſæ maieſtatis eternæ.*

4 *Hæreſi detecta poſt mortem catholici reputati , bona illius per fiſcum auocantur,niſi fuerit per hæredes poſſeſſa per 40.annos.*

ram: ergo de ſe eſt temporale : nam iſtud non eſt bene
dictū, quia ſi dicimus:ideo eſſe tēporale,quia laicus cō
ſtruxit eccleſiā,dico iſtud eſſe falſum ex eo:quia ex tali
fundatione laicus nihil acqrit:vt probatur in c.pię mē-
tis.16.q.7.ibi,nihil habiturū,quinimmo eſt effecta ſan-
ctorū:vt in c.ſemel Deo.de reg.iu.lib.6.ergo nō eſt dare
cauſam laicalē,a qua cauſetur,ꝙ ſit tēporale:quia actus
actiuorū ſunt in patiēte bene diſpoſito:vt dicitur in ſe
cūdo de anima.& ideo dicit ipſe,iſtud ius cauſat a Papa
ergo tale eſt,quale eſt ſubiectū producens:ſed cā produ
ctiua eſt ſpiritualis:ergo ſequitur,ꝙ effectus ſit ſpiritua
lis:& ſic iuſp.eſt ius mere ſpirituale, cū nō habeat cām
productiuā ſecularem ſeu temporalē:quia illa eſt extin
cta per ædificationē eccleſiæ:vnde ſecundùm iura anti-
qua conſtruens eccleſiam non acquirebat ius in illa ec
cleſia:vt in c.nouerint.10.q.1.& in d.c.piæ mentis.& no.
Arch.in c.hortamur.81.di.& ideo de gratia eſt, ꝙ laicus
poſſideat iuſp. ꝙ tranſeat ad hæredes, & ꝙ vendi poſſit
cum vniuerſitate:tamē cum de ſe & originaliter ſit ius
ſpirituale,ſequitur non eſſe temporale:quia iſti ſunt di
uerſi & ꝯtrarij.Et ſi dicatur,partim eſſe tēporale: & par
tim ſpirituale : iſtud non vr̄ verum, cum eadem res: vt
ſupra dictum eſt,nō debeat diuerſo iure cēſeri . & ideo
dicit gl.in d.c.piæ mētis.ꝙ licèt dicatur eſſe partim tem
porale & partim ſpirituale,tn̄ ſimplex eſt : & per quādā
fabricationē intellectus fit illa diuiſio nō quo ad actū,
allegat ſimile de ſeruo cōmuni.Et ſubdit ibi Barb. ꝙ li-
cèt in rubri.(vt ſupra retulimus)iuſp.ſubſtātialiter eſſet
ſpirituale,ſed accidētaliter tēporale:ex quo laicus illud
poſſidebat & trāſibat ad hæredes: nūc ſi vr̄ dicēdū omni
respectu eſſe ſpirituale: & laycus illud poſſideat , tn̄
ex gratia poſſidet:& propter hoc nō deſinere eſſe ſpiri
tuale:& poſſe poni exēplum in iure conferendi vel eli
gēdi cōpetenti laico ex gratia ſedis Apoſtolicę:vt p hoc
non deſinat eſſe ius ſpirituale.ita dicamus in iurepat.&
ſubdit ꝑdicta eſſe menti tenenda: qa forte eſſet neceſſa
ria declaratio Papalis:quia paſſus eſt dubius : & ita tādē
reſidet ibi Barb.Tu ꝯ hoc exemplum appoſitū p Barb.
dic facere,qđ voluit do.Car.in c.nobis.§.cæterū.hoc tit.
in 6.q.ꝙ licèt laicus ex priuilegio Papæ conferat,eligat
vel inſtituat:tn̄ ſic prouiſus p eū nō habet ab eo ius ſpi-
rituale:ſed ipſe clericus prouiſus illud aſſumit, cū inge
rit ſe circa ipſa ſpiritualia, atq; per laicū eſt præpoſitus,
ſeu per ipſum vel alios clericos admiſſus:nā licèt laicus
prouideat prouiſus tn̄ iura ſpiritualia nō p prouiſionē:
ſed p admiſſionē acquiſiuit,cuius dictū cū alijs p eū ad-
ductis poſuimus ſ.in 3.par.2.lib.in 1.q.prin.in 11.arti.in
verſi.ſed aduerte.ergo licèt iſta iura ſpiritualia concedā
tur laico per eū vere non dantur:quia qui nō habet da-
re non poteſt.c.Daibertū.7.q.1.ſed ſpiritualitatē accipit
ipſemet clericus prouiſus:ergo malū exemplū & ſimi-
litudo.Niſi dicamus,ꝙ tāto magis ꝓbetur ꝯcluſio Barb.
quia quāuis p prōnū nō det aliquod ius ſpirituale pnta
to,nō per hoc dicetur iuſp.nō eſſe ſpirituale,ſicut colla
tio,q̄ eſt penes laicum ex priuilegio Papę eſt ſpiritualis:
vt de ſe patet,quāuis in ipſius executione p laicū nō de
tur aliqua ſpiritualitas:& ſic datur inſtantia cōtra moti
ua contraria.Pau.verò de Cita.in hoc tra. poſt prin. vlti.

col.1.par.dicit hoc iuſp.non dici nec eſſe ſpirituale:ſed
ſpirituali annexū rōne inſtitutionis ſactæ vel faciēdæ,
quæ ſpiritualis eſt ꝑcedēte præſentatione,alleg.Abb.in
d.c.quanto.de iudi.& Hoſt.in §.qualiter.eo.ti.nec omni
no dici iuris eccleſiaſtici,& ita pertranſit.D. Roch.verò
hunc articulū latè proſequitur in iſto tra. in verbo ius,
7 in 1.q.ponit † quot modis ſpiritualia ſumanť ſecūdùm
Io.An.Abb.& Io.de Ana.in c.ꝯſulere.de ſimo.& per gl.
& Arch.in c.1.1.q.1.& per Arch.in d.c piæ mētis.& p do.
An.& per Abb.in d.c.quāto.dicit enim,quædā eſſe ſpiri
tualia ſecundùm eſſentiā ſuā:& iſtorū aliqua eſſe incor
poralia,aliqua corporalia.incorporalia:vt virtutes, do-
na Dei:& ſimilia.corporalia,vt reliquiæ ſanctorū.Quæ-
dā ſunt ſpiritualia p cām,vt ſunt ſacramēta, p q̄ ꝯſequi
mur gratiā,& ſic ſunt cā gratiæ . Quædā ſunt ſpiritualia
p ſtatutū:vt religio.Quædā ſunt ſpiritualia, q̄ depēdent
a poteſtate ſpirituali,vt eſt abſolutio peccatorū c.ad au
res.de ſimo.Sunt q̄dā ſpiritualia rōne officij:vt in d.c.ad
aures.exēplū in his q̄ competūt clerico rōne ordinis,vt
pulſare cāpanas,claudere hoſtia ecclę.& ſimilia.Quędā
ſunt ſpiritualia;quia deputata ad vſum ſpiritualiū,vt va
ſa ſacra,veſtes ſacerdotales,& ſimilia,& iſta appellāt Io.
An.& Abb.in d.ꝯſulere.annexa ſpiritualib.& in iſtā ſpe
cie videntur cōprehendere iuſpa.Archi.tamen in d.c.1.
poſtquam enarrauit multas ſpecies ſpiritualiū,dicit in
ſumma ꝯcludendū eſſe,ꝙ ſicut anima viuit ſecundùm
ſeipſam:corpus aūtē viuit ex vnione animæ : ita q̄dam
ſunt ſpiritualia ſm̄ ſeipſa : vt ſacramēta:& huiuſmodi .
quędam aūt ſunt ſpiritualia ex eo ꝙ ſpiritualibus adhæ-
rent:& hanc concluſionem ēt videtur ponere do. And.
in d.c.quanto.& ibi refert Abb.in 2.col.ſubijciens,ꝙ tā
to magis dicuntur ſpiritualia iſto ſecundo mō, quanto
magis ſpiritualib.adhęrent.Subdit ēt alibi dixiſſe Arch.
ſ.in c.1.de conſe.diſt.1. ſacramentorū q̄dam eſſe ſalutā-
ria:q̄dam veneratoria:quædam miniſtratoria,quædam
ꝑparatoria,& exemplificat vt per eum,& ſacramēta ec
cleſiæ enumerat gl.in c.veniens.de tranſac. Subdit etiā
ibi Roch.eſſe aduertēdum ,ꝙ non omne id quod dicit
ad finē rei ſpiritualis,& animæ dr̄ ſpirituale.exemplum
datur in libris eccleſiaſticis, qui ordinantur ad finē ani-
mæ,& rei ſpiritualis,nō tn̄ ſunt ſpirituales nec ſacri:ita
formaliter Abb.in d.c.quāto.in 3.col. Poſtea Roch.po-
nit primò opi.Goff.& Butr.iuſp.eſſe realiter ſpirituale.
Succeſſiue in 2.col.in verſi.ꝯriā opi.ponit opi.gl.in d. c.
piæ mentis.iuſp.eſſe partim ſpirituale & partim tempo
rale:& ſic eſſe annexū ſpirituali,& dicit iſtam opinio.te
nuiſſe Abb.& Card.poſt glo.in d.c.quāto.& Arch.in d.c.
piæ mentis,& in d.ca.1.1.q.1.& Areti.& Moderni. in d.
rub.de iudicijs.Poſtea refert Barba. tenuiſſe cum Goff.
do.An.Roch.verò dicit in medio ij.colum.ſibi placere
opi.Abb.& ſequa.quam etiam tenet Areti.in d.c.quan-
to.& ibidem do.Car.& in c.examinata.eo.tit. vbi dicit ,
iuſp.impropriè eſſe ſpirituale. Et mouetur principali-
ter Roch.qnia ſi iuſp.eſſet mere ſpirituale,text. in d. ca.
quāto.& in d.c. de iure.non dicerent, ꝙ eſſet annexum
ſpirituali, iſta enim ſunt diuerſa , vt de ſe patent: & re-
ſpondere ad illum tex.prout reſpondent tenentes con
trarium,eſt violare, & impropriare verba illius text. Et
tenendo hanc opinio.de facili dicit poſſe ſ̄nderi ad arti
culū tenētium ꝯtrium, dum dicunt,ſpirituale eſſe: quia
vendi non pōt:iſta non eſt bona conſequentia:qa ſi di-
cimus,ꝙ ſit mixtum ius,vel annexū ſpirituali,ſequetur
idem effectus:quia vendi non poterit:nā cōnexorū idē
eſt iudiciū.c.tranſlato.de conſti.& d.c. quanto. & d.c.de
iure.& ſi quis dicat,vellē ſcire rationem, quare iuſp di-
catur annexū ſpirituali,reſpondet in rub.& in d.c. quā-
to.de iudicijs,in 2.colū. quia facit præparamentum ad
ius ſpirituale.i.ad inſtitutionem obtinēdam, quam rō-
nem dicit Roch.prius poſuiſſe Arch.in ca.1.1.q. 1.circa
fi.dum dicit,vocatur annexū ſpirituale,quia quod ad al
terum adminiculandum ordinatur eſt annexum eidē
& eſt de mente Io.An.& ibi etiam Abb.refert in d.c.cō-
ſulere.de ſimo.vbi dicunt , ꝙ aliqua ſunt annexa ſpiri-
tualib.qa ſunt ordinata ad ſpiritualia, & inter hęc enu-
merant

merant iuſpa. Roc.tñ dicit eſſe conſiderandū, ꝙ non vr̃
bona iſta ratio: quia procedit reſpectu præſentationis
tñ non autem reſpectu iuſpa.quod eſt aliud,ꝗ ipſe prę
ſentatio, ex quo iurep. alij effectus procedunt,ꝗ prę ſen-
8 tatio: vt patet ex ſua diffinitione.¶† Aliam rõnem dicit
aſſignare do. An. de Bu.ꝙ dicatur annexū ɔſiderato hoc
accidēti ſeu ꝑꝑ hoc accidens: quia ɔceſſum eſt laicis: ſed
iſta ratio reprobatur per omnes cõiter in d.c.quanto.dū
reprobant opinionē ipſius Do. An. quem ſ̃. retulimus.
Aliā rõnem dicit aſſignaſſe Bald.in d.c.quanto.ſ.ꝙ ideo
dicatur annexum: quia adhæret ecclæ, & iſtā magis ſibi
placere. Aliam & 4. ponit aſſignari rõnem per glo.in ca.
piæ mentis 16.q.7. vt dicatur annexū: quia eſt partim tē-
porale & partim ſpirituale, quæ ſm eum non vr̃ bona:
ꝗa ea attenta iuſpa. deberet potius dici mixtum: & tñ id
iure nõ cauetur: licèt ꝗñque doct. appellent mixtum, &
ꝙ melius appelletur annexū, quod mixtū firmat Car.in
hac rub.in 2.q: & do. Fran. Are.in d.c.quãto. Poſtea Roc.
circa hunc art. format alia dubia vltra iſtum de ratione,
9 & dicit † ſecundò poſſe quē inſtare circa prædicta quare
iuſpa. non dicatur ſpirituale annexum temporali, ſicut
dr̃ eɔ̃.& putat poſſe rñderi, illud eſſe: quia mixtum aſſu-
mit naturā dignioris & potentioris. Ita Abb.in d c.de iu
re.& probatur per l. quæritur ff. de ſtatu hom. Tu de iſtis
mixtis ꝙ denominentur a dignioribus.& ſic de hmõi mix
tura vide quę late diximus ſ̃.in 1.par.2.li.1.q.prin.in 6.ar
ti. Tertiò dubitat Roc. nam poterit inſtare ſubtilis, ſi iuſ
pa. aſſumit naturam dignioris & ſic magis ſpiritualita-
tis quàm temporalitatis, quomodo pñt laici eſſe capa-
ces iuſpa. quia laici ſpiritualia poſſidere, nec præſcribe-
re poſſunt c. cauſam. de præſcri. c. ſacroſancta. & c. meſſa-
na. de ele. & no.in c. nobis. hoc tit. & dicit poſſe rñderi ɔ̃-
ria procedere regulariter, ſed ipſa regu. fallit in iurepa.
quod bene pñt quaſi poſſidere laici ex gratia eis a iure
ɔceſſa, & ratio fallentiæ eſt, vt ipſi laici inducant̃ ad fun
dationem: conſtructionem, vel dotationem eccleſiarū,
ita Abb.in c.1. in prin. de præb. & in d.c.quanto.in 3.col.
& ibi etiā alij, de iudicijs. & ſentit gl. magna in c. cum di
lectus. in fi. Tu conſidera hanc difficultatē in mere ſpiri
tuali, vt dicta iura cantant c. ſacroſancta. & c. meſſana. de
elec. vnde ſm hoc iudicaretur iuſpa. mere ſpirituale, &
hoc eſſet ɔ̃ ɔcluſionem ipſius Roch. ſed ſi dicimus eſſe
mixtum, quāuis aſſumat naturam dignioris: & ſic magis
ſpiritualitatis. ꝗ tpalitatis, ꝑꝑ quod dr̃ annexum ſpūali
nõ militat difficultas facta per Roc. qūo poſſint eſſe lai
ci capaces iuſpa. quia rõne temporalitatis ſunt capaces
illo: & pñt illi poſſidere: quia aliàs non diceretur mix-
tum, & ſic non bonū eſt dubium, ſi denominantur a di
gniori ex duob. mixtis, quod poſſidere nõ poteſt ꝑ lai-
cum, ergo nullo modo poſſideri põt: quia nõ diceretur
mixtū: ſi hoc eſſet, vnde melior fuiſſet difficultas dicere
quomodo poſſit eſſe mixtum in eadē perſona, ſi vno il
lorum eſt incapax, ſiue ſit maius dignum: ſiue minus di
gnū, & rñdebitur in hoc caſu, patronū fieri capacem il-
lius, cuius nõ erat capax rõne prædicta, vt inducātur lai-
ci &c. c. 3. hoc tit. Quartò dicit Roc. poſſe ſubtiliter inſta
ri. tu firmaſti, iuſpa. per laicos poſſe quaſi poſſideri ɔ̃ d.
c. quanto. de iudicijs. vbi dicit, iudicem laicum de eo
non poſſe ſe intromittere, & rñdet iſtud ɔ̃riū ſolui per
doc. & clarius per Abb. in d.c.quanto.in 3. col. nam dñt
ipſi licèt laicus quaſi poſſideat iuſpa. non tñ per hoc in
fertur, iudicē laicum de eo cognoſcere poſſe: quia pri-
uilegium ɔceſſum laico quaſi iuſp. vt inducatur ad cõ-
ſtruendas, & dotandas eccleſias tanquā exorbitans a re
gulis iuris nõ debet extendi ad alios caſus, maxime in
prę iudicium ecclæ, arg. c. ſane. de priui. & c. quod ob gra
tiam. de reg. iur. lib. 6. vnde ɔceſſio facta laicis de iurepa.
intelligitur ratione quaſi poſſeſſionis, vel actuum cõſe
quutiuorum ad ius poſſidendi prout eſſet tranſmittere
ad hæredes & cū vniuerſitate aliena, vel alijs modis. put
hr̃ per gloſſ. in c. piæ mentis 16.q.7. & in c. cum ſeculum.
hoc tit. non autem intelligitur ɔceſſum laicis quantum
ad alios effectus. ſ. vt poſſint de eo iudicare, vel alter de
10 eo ſe intromittere.¶† Et propterea dicimus, in laicum

non poſſe de iurepa. cõpromitti, ita vñr concludere Io.
An. & Abb. in c. examinata. de confir. vtili vel inutili, de
quo dicemus infra in 4. art. nec ſuper iurep. poteſt tranſi
gi. c. præterea. de tranſa. & ſimiliter dicemus infra in 6. ar
ti. quia in talibus caſib. non militat ratio, quare iuſp. cõ
ceſſum fuerit laicis, dicit tñ Roch. patrono non ſolum
cõpetere quaſi poſ. iuriſp. ſed etiam proprietatem c. cõ-
ſultationib. cum ibi no. hoc tit. licèt doc. in d.c. quanto.
& glo. ibi ſimpliciter loquatur ſolum de poſſeſſione. Ex
11 quibus Roc. infert † regulariter iuſp. regulari prout alia
ſpiritualia d.c.quanto. cum alijs ſ̃. deductis. & ſic Roc. te
nuit opi. iuſpa. nõ eſſe ſpirituale, ſed annexum ſpiritua
li, & nihilominus regulariter regulari: prout alia ſpiri-
12 tualia. Et hanc concluſ. in 2. ſui parte limitat primò † vt
non procedat in caſibus in ɔ̃rium expreſſis a iure, vide-
licet in quaſi poſ. iuſpa. vel actuum conſequutorū, quia
(vt dictum eſt) id competit laicis licèt ſpiritualia nõ cõ
13 petant.¶† Secundò limitat, vt non procedat in odioſis,
quia appellatione ſpiritualium, vel cauſæ ſpiritualis nõ
venit cauſa iuſpa. quia proprie non dr̃ ſpiritualis, ſed an
nexa, vt ſ̃. dictum eſt. item dicit notabiliter concludere
Abb. in c. 2. in 1. col. in fi. de iuramen. calum. & in d.c.quā
to. in notabilibus. licèt in ɔ̃rium faciat quod dicit ipſe
Abb. in c. tranſlato. de conſt. & ad dicta ibi per doct. ſe re
14 mittit.¶† Tertiò limitat, vt non procedat quantum ad
actionē perſonalem, quæ cõpetit ad conſtituendū, vel
ex promiſſione tradendum, ſeu ad eligendū iuſpa. quia
non regulatur, vt alia ſpiritualia, nec ex foro eccleſię,
nec habet idem priuilegium, de quo dicemus infra in
3. arti. Do. Feli. in d.c.quanto. recitat primò fundamenta
Fran. Arc. ibi quæ fecit pro opinione Abb. & poſtea ar-
guit, ꝙ ſit ſpirituale, & demum tenet cū Abb. & primū
pro eo S. Thomam ſecunda ſecundę q. 1. arti. 4. dicētem
15 iuſpa. eſſe annexum ſpirituali: & dicit † quid annexum
ſpirituali dupliciter. Primò tanquā dependens a ſpiri-
tuali. 2. qñ non dependet a iure ſpirituali, ſed ordinatur
ad ius ſpirituale, & eſt iuſpa. ideo non mirum ſi cadit in
laicum, vt ibi per eū, quem omnino videas. Secūdò pro
opinione Abb. īducit tex. in c. nobis. hoc tit. vbi hr̃, ꝙ lai
cus patronus ecclæ collegiatæ non poteſt in ea dare vo
cem: quia eſt ſpirituale, vt ibi notatur, & probatur in gl.
tñ dicit ibi tex. ꝙ erit patronus quo ad ius honorificum
& alia de quib. ibi in gl. ergo nõ eſt ſpirituale: quia ſi eſ-
ſet ſpirituale, nec iſta competerēt laico, & ꝙ non ſit ſpi
rituale, ſed annexum ſpirituali, allegat tex. in c. de iure.
hoc tit. Tertiò pro opi. Abb. dicit facere: quia ius ſpiri-
tuale nunquā acquiritur iure hæreditario c. 1. de prebē.
ſed iſtud acquiritur iure hæreditario. c. cum ſeculū. hoc
tit. ergo non eſt ſpirituale. Quartò dicit probari hāc opi
16 nio. † nā imperator non legitimat ad ſpiritualia ſm oēs
in ca. per venerabilem. qui fil. ſint legi. & tñ legitimatio
ſua operatur quò ad ius. ita Do. in c. 1. 10. diſt. ergo iuſpa.
non eſt ſpirituale. Tu aduerte circa hoc fundamentū:
quia nõ ꝓcedit, nam Imperator cum vniuerſitate in le-
gitimatione operat̃ circa iuſp. vt vult ibi Domi. & alios
ſ̃. in 2. par. 1. lib. 2. q. prin. in 24. arti. vnde hoc fundamen-
tum eſt cum illo, qñ dr̃ tranſire cum hæreditate, & ꝙ ſit
annexum ſpirituali. do. Fel. allegat gl. in c. fi. de reb. eccl.
quæ dicit, annexa iuri ſpirituali, vt iuſpa. vt glo. in c. 1. in
verbo cenſenda. de iurepa. in 6. & gl. 1. in c. eccleſia S. Ma
riæ. de conſti. quæ tñ parum facit. & bona glo. in c. quæſi-
tum de rerum. permu. & Abb. in diſpu. ſua Augerio. in
7. col. Et ꝙ habeat plus temporalitatis quam ſpirituali-
tatis, probatur in tex. c. ex literis. hoc tit. vbi iuſpa. tranſit
cum vniuerſitate bonorum: ergo eſt ſignum, ꝙ non ha
bet maiorem annexionē ad rem ſpiritualem quā ad tē-
poralem, cum tranſeat cum illis. Pro iſta etiam alle. do.
Car. in c. examinata. de iudicijs dicētem, hoc ius impro-
prie eſſe ſpirituale & origine eſſe temporale, ſed atten-
tò ꝙ adhæret eccleſiæ, dr̃ annexum ſpirituali, & dicit na
turā rerum ſacrarū eſſe attrahere ad ſe id quod illis ad-
hæret. Dicit nõ obſtare, quod ſ̃. dixerat, ſimoniam non
committi in temporalibus: vt dicit Bar. in l. fi. ad Iul. de
ambi. vt omnes, in rub. de ſimo. & in iurepat. interuenit

ſimonia.vt eſt tex.in c.veniens.el 1.de teſtib.& ibi Bur.&
Abb.nam hoc fatetur,ſed dicit ſimoniam committi in
iurepa.non ꝙ ſit ſpirituale, ſed quia eſt annexũ iuri ſpi-
17 rituali, in quib.† annexis ſpiritualib. bene cadit ſimo-
nia.vt eſt glo.1.q.1.in ſumma.& Phi. Simoneta in addi,
ibi ad Feli.addit bonum tex.in ca.quæſitum. de rer.per-
mu.& ɔcludit eſſe tenendam opinionem Abb.iuſp.eſ-
18 ſe temporale annexum ſpirituale. ¶ † Ego certe ſum-
mopere miror de tam magnis doctorib.qui in hoc arti.
tot & tanta verba fruſtrarunt,cum hic articulus ſit deci
ſus per iuriſlatores clariſſime in d.c.quanto.de iudicijs.
dũ ibi dr̃ expreſſe,cauſa vero iuriſpa.ita coniuncta eſt &
connexa ſpiritualib.cauſis,ꝙ non niſi eccleſiaſtico iudi
cio,valeat diffiniri: ſi ergo eſt coniuncta ſeu annexa ſpi
ritualibus cauſis:ergo non eſt cauſa ſpiritualis:quia cõ-
iunctum,ſeu cõnexum non eſt idẽ ca.tranſlato.vbi oẽs
de conſti.Et ſi diceres,illum tex.non loqui de iurep.ſed
de cauſa iuriſp.licèt hæc ſit mala expoſitio: tñ dico eſſe
tex.clarũ in c.de iure. hoc tit. ibi, cum inconueniens ſit
vendi iuſpa.quod eſt ſpirituali annexum,& licèt per ſu
prædictos doct. ad hæc iura q̃ plures ſint datæ reſolutio-
nes,nulla ipſarũ eſt tantæ efficaciæ,ꝙ poſſit tollere ver-
ba expreſſa illorũ iurium.Vnde pro veritate dicas iuſpa
tro.non eſſe de iure antiquo : quia primitus per diœce-
ſanum prouidebatur eccleſijs,& negàri nõ poteſt illam
prouiſionem eſſe ſpiritualẽ c.omnes baſilicę 16.q.7.ſed
quia pauci reperiebãtur fundatores eccleſiarum, indu-
ctũ fuit hoc ius:vt laici magis inducerentur ad eccleſias
fundandas:vt diximus ſ.in 1.par.1.lib.in 1.q.in 4.arti. il-
lud ergo ius ſpũale prouidendi ecclæ habuit pręambu-
lum iuſpa.ſapit ẽt ſpiritualitatẽ,inquantũ concernit ec
cleſiã,cui eſt prouidendũ,& ideo dr̃ annexum ſpiritua-
li,non aũt ꝙ vllo vnquam tẽpore fuerit tẽporale: vt vo
lebat Abb. ſed in ipſa creatione fuit creatum annexũ.
Et vltra prædictos reperi Gaie.in repe.c.fi.de ele.li.6.cir-
ca medium 19.col.dicentem,iuſpat.eſſe partim tẽpora-
le,& partim ſpirituale,vel potius annexum ſpiritualib.
alleg.d.c.quanto.vnde nõ includitur appellatione meri
& puri ſpiritualis,alleg.Card.in c.nullus.hoc tit.adde ẽt
Abb.dicentẽ in c.de iure.in penul.no.iuſpa.eſſe partim
ſpirituale, & partim temporale, & ſic mixtum & ex di-
uerſis naturis aſſumere ſibi naturam a digniori & potẽ-
tiori. Summa directorij iuris verò in hoc titu.§.22. vult
hoc ius eſſe annexum ſpirituali.

¶ Secundus art.9.q.prin.3.Libri.

1 *Fori eccleſiaſtici eſt cauſa iuriſpa.niſi ſit ex priuilegio Papæ, vt eſt in regno Franciæ & Angliæ.nu.2.*

DVbitatur modò ſecundò,ex quo eſt annexum ſpi-
rituali,vt ſ.eſt ɔcluſum,an cauſa eius ſit de foro ec
cleſiaſtico,vel de foro ſeculari,& circa iſtud non eſt inſi
ſtendum,cũ in eo ſit caſus ad litteram in c.quãto.de iu-
2 di.cũ in eo dicatur † cauſa vera iuriſpa.ita ɔiuncta eſt,&
connexa ſpiritualib.cauſis,ꝙ nõ niſi ecclaſtico iudicio,
valeat diffiniri.& ita ɔcludunt omnes doc. ſ.allegàti in
prox.præce.art.& maxime iſti quos allegauit Gaie.in re
pe.c.fi.de elec.lib.6.in 4.col.in ptin.præce.art.vbi præmi
ſit cãm iuriſp.eſſe fori ecclaſtici.vt ibi retulimus,allegã
do Hoſt.in ſumma huius tit.in §.fi.incip.in quib.in ver.
ſi vis ſcire.vbi remittit ſe ad dicta per eũ in tit.de fo.cõ-
pe.§.3.ſub §.ex præmiſſis.ver.vel iuſpa.ſed idem Hoſt.in
d.§.in quib.in ver.quamuis.dicit,ꝙ qñ iuſp.laici non cẽ
ſeatur eccleſiaſticum,quantum ad quæ ipſe dixerat:ſed
quò ad ſucceſſiones,& ſimilia,eſt tñ de foro eccleſiaſti-
co d.c.quanto. & per hæc bene probari, quæ ipſe nota-
uerat ſup.in §.qualiter.ver.donatio. ergo iuſpa. in tẽpo-
re & in penitentia in ſubiectione eccleſiaſticũ cẽſetur,
qñ ad clericum pertinet, & in tempore melior eſt con-
ditio clerici: ſed in alijs duob.melior eſt ɔditio laici &c.
de quib.pluries diximus.& idẽ Hoſt.dixit in locis ſup.al
leg.c.quanto.non ſeruari in cur.regis Angliæ:vt cum ẽt
refert Gaie. in d.4.col. Summa directorij iuris hoc tit.§.
22.dicit,ꝙ de iurepa. qñ eſt altercatio inter patronus de
bet cognoſcere iudex eccleſiaſticus,cum ſit ſpiritualib.
annexum d.c.quanto.& refert Hoſt.dicentem,ꝙ in qui
buſdam partib.cognoſcunt laici ſuper hoc, ꝙ non cre-
dit eſſe de cõſuetudine:quia talis ɔſuetudo non valeret
2 † ſed immo debet eſſe de cõceſſione Papæ in regno Frã
ciæ & Angliæ,quod poteſt bene facere c.per tuas. de ar-
bitris.& ſic conclude cauſam iuriſp.eſſe fori eccleſiaſti-
ci,niſi ex conceſſione Papę,aliud ſit ſtatutum in aliquo
loco,conſuetudinem tamen in contrarium non valere
reliqua vide in præce.arti.

¶ Tertius articu.9.q.prin.3.Libri.

1 *Iudex laicus poteſt cognoſcere, cum tractatur de liberatione eccleſię de excludendis patronis,& hoc quando eſt actrix, limita nu.3.et 4.*
2 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere, an matrimonium fuerit legitimum, poteſt tamen cognoſcere de ſpirituali conſiſtente in facto, puta ſi talis fuerit deſponſata.vel non.*
5 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de cauſa actionis perſonalis de iurepa.promiſſo donari vt compellat donare, vel condemnet ad intereſſe.& nu.6.*
7 *Promittens conſtruere eccleſiam poteſt compelli per iudicem eccleſiaſticum.*

SEd 3.dubitatur, quamuis iuſpa.ſit de foro eccleſiaſti
co,vt proxime concluſum eſt, an actio cõpetens ad
conſtituendum iuſp.perſonalis, vel ex promiſſione ad
tradendũ,ſeu ad erigendũ, vel ad excludendũ patronũ:
quia remiſerit iuſpa.in fundatione, ſit ẽt de foro eccle-
ſiaſtico,vel poſſit coram laico iudice agi.& Gaie.in d.re
1 pe.c.fi.de elec.lib.6.circa medium 4.col. dicit † ꝙ cũ tra-
ctatur de liberatione eccleſiæ, de excludendis perſonis
qui remiſerunt iuſpa.agi poteſt corã laico:vt in c.ſigni-
ficauit.de teſtib.vbi hoc notabile colligit Card.tñ ſuper
priuatione iuriſpa.hẽt cognoſcere iudex eccleſiaſticus.
d.c.qñ.vt ibi per eum.idem voluit do.Feli.in d.c. ſignifi-
cauit.in 1.no.cum colligit ex illo text.primò iuncta ſu-
praſcriptione ſm dom.Car.ꝙ iudex laicus poteſt cogno
ſcere de cauſa,quæ eſt inter beneficiatum,& fundatorẽ
beneficij ſuper liberatione & iurepa.non.n.dr̃ ibi in ſu-
praſcriptione,ꝙ fuerit clericus,nec eſſe præſumitur,ni
ſi probetur c.ex litteris.cũ ibi no.de tranſac.& hr̃.in c.cũ
adeo.de reſcri.nec apparet,Papã ex ſpeciali cõmiſſione
ſibi cauſam delegaſſe,vt tñ ei ſcribat tanquã ordinario
excitando eius iuriſdictionẽ,vt in c.licèt.de offi.ordi.ex
quo dicit Fel.ſingulariter eſſe notandũ ſm Card.ꝙ licèt
cauſa iuſpa.ſi annexa ſpiritualib.c.quanto.de iudi. non
tñ eſt ſic annexa cauſa prædicta,qñ agitur de excluden-
do patrono a iurepa.Et dicit rõnem:quia de patronatu
non habet cognoſci ſm ipſum, pro quo optime addu-
ci poteſt ſm Fel.no.per Bar.in l.Titia.ff. ſolu.mat.& cla-
rius in l.omni.C.de ſacroſan.eccl.& in l.quoties.C.de iu
di.& in l.2.C.de iuriſd.om.iud.& per Fed.conſ.192.inci.
facta eſt lex.& cõſ.247.inci.do.Andreæ.& Io. And.& D.
An.in c.tuã de ordine cogn.& in c. cũ ſit generale. de fo
ro cõpe.vbi dñt, ꝙ de qõne ſpirituali ɔſiſtente in iurep.
2 an † matrimoniũ fuerit legitimũ,vel non,laicus cogno
ſcere non põt:ſed de ſpirituali ɔſiſtente in facto põt pu-
ta an talis fuerit deſponſata,vel nõ.Et ex eo.tex.ſignifica
uit no.ẽt ibidem do.Car.illũ iudicem debere examina-
re teſtes ad ęternã rei memoriam,ad quẽ pertinet cauſę
cognitio ordinaria.& hoc eſt ſm Fel. quod dixit notabi
liter Bar.in l.cum hi.§.eam tranſactionem. ff.de tranſ.&
3 do.An.in ſimili in c.fi.de fid.inſtru. ¶ † Tu aduerte circa
hoc membrũ huius arti.vt hoc procedat,qñ eccleſia eſ-
ſet actrix, quæ diceret ſe liberã, & hoc conſtare facere
velle corã iudice ſeculari, de cuius foro erant ipſi fun-
datores:vt ꝓprie eſt in caſu d.c.ſignificauit.ſecus ſi eccla
eſſet ɔuenta a fundatore dicẽte ſe patronũ, per text.c.ſi
4 diligenti.de foro comp.Et ſic etiam dicendum eſt,† ꝙ ſi
aliqui prætendant ſe eſſe patronos,alicuius ecclæ, & il-
la eccleſia, ſiue eius rector pro ea vellet intentare iudi-
ciũ l.diffamari.C.de ingenuis & manumiſ.non deberet
agere

agere coram laico iudice, ſed corã eccl̃aſtico iudice, &
narrare qualiter tales diffamãt eccl̃am dicendo illã eſſe
de iurepa.ipſorum,cũ ſit libera,& licèt in hoc videatur
eccl̃a actrix:eſt rea:qa præfigendus eſt terminus ipſis dif
ſamationib. infra quem debeãt agere ɔ̄ ipſam eccleſiã
pro ipſo iurepa. & ſic eccl̃a erit rea, vt volunt omnes &
præſertim Bal. in d.l.diffamari. qui ponit formã libelli
in actione prouenieñte ex dicta lege, & ſic, nec hoc caſu
poterit habere locũ ꝯcluſio ſ.formata,quia iudex eccle
ſiaſticus erit iudex.Quo ad aliud membrũ huius articu-
li,quantũ ad actionem perſonalem,quæ competit ad ꝯ-
ſtituendum iuſpa. ſed ex promiſſione ad tradendum,ſi
ue ad eligendum illud,quia nõ regulaĩ, vt alia ſpiritua-
lia,non eſt de foro eccleſiæ, nec habet idem priuilegiũ
5 ſm But.in d.c.quanto.iuxta fi.† vbi vult,iudicẽ ſecularẽ
poſſe cognoſcere de cauſa actionis perſonalis,quæ intẽ
tatur,puta pro iurepa.promiſſo donari,& ibidem tenet
do.And.Barb.col.antep.& ẽt refert & ſequitur ibi do.Fe
li.in fi.tenet ẽt hanc opi.Fran.Are.conſ.6.ante fi.viſo in-
ſtrumento diuiſionis.tenet ẽt hanc opi.Gaic.in d.c.fi.de
elec.lib.6.in 43.col.ſequendo do.An.in d.c.quanto.in fi.
qui pro hoc adducit ẽt iudicem ſecularem immittere
hæredẽ in poſſeſſione hæreditatis,& tranſire iuſpatr. de
quo nos diximus ſ.in 2.par.1.lib.in 2.q.princ.in 34. arti.
adducit etiam principem cõcedentem caſtrum in feu-
dum tranſire,cum illa iuſpa.de qua nos diximus in d.2.
par.in 7.q.prin.in 2.arti.D.Abb.in d.c.quanto. in fi. tenet
ɔ̄rium.& idẽ tenet ibi Io.de Imo. per generalitatem il-
lius tex.& Fran.de Are.ſibi ɔ̄rius conſ.ſuo 83.inci. quia
multa.in col.Do.Roc.in hoc trac.in verbo ius.in 4.col.
in ver.3.limita.tractat hoc membrũ, & dicit opi.do.An.
fuiſſe ſequutũ ibidem.ſ.in d.c.quanto, reuerendum au
ditorẽ rotæ Apoſtolicæ do.And.Baſignana.& fuiſſe mo
tum inter cætera ea ratione:quia cauſa iuriſpa.pertinet
ad iudicem eccleſiaſticum, ex quo habet connexitatẽ
cum inſtitutione,quę eſt ſpiritualis.Sed iſta rõ ceſſat ſm
eum in cauſa iuriſpa. conſtituendi, & hanc opin. dicit
Roc.videri veriorem.Et eã tenendo non ob.quod dicit
Abb.in d.ca.quanto.donationem & promiſſionem iu-
riſp,ſubijci iuriſdictioni iudicis eccleſiaſtici: qa in ea re
quiritur ꝯſenſus epĩ c.vnico.hoc tit.lib.6. nã poteſt dici
illum text. & ſimiles nõ loqui in promiſſione de donã-
do,ſed in donatione tantum ,niſi dicas: ꝙ ſi conſenſus
epĩ requiritur in donatione: ita in præambulis, videli-
cet,in promiſſione de donando, prout vr̃ velle do.Car.
in c.cum ſeculũ.in 3.q.hoc tit.& cõprobatur,quia ratio
nes,quare requiratur ꝯſenſus epĩ in donatione iuriſpa.
quos refert Abb.in c.illud.hoc tit.vñr militare in ꝓmiſ-
ſione de donando.Tu aduerte circa hæc vltima dicta,ꝙ
ſi iuſp.vbi donatur ſine ꝯſenſu epĩ: donatio nulla eſt, &
ideo donator vacante eccleſia poterit præſentare,iuxta
no.in c.illud.in c.cum laici.& in c.ſuggeſtũ.hoc tit.& ſic
prima donatio eſt,ac ſi facta nõ fuiſſet, quanto magis,
nec promiſſio de donando tenebit ſine ꝯſenſu epĩ, ſed
cũ conſenſu licèt teneret promiſſio,non tñ pro hoc fa
cta eſt donatio,& in hoc caſu non negarẽ coram vtroq;
iudice.ſ.eccleſiaſtico,& ſeculari promiſſorem poſſe cõ
pelli explere eius promiſſionẽ, & potius in foro eccle-
ſiaſtico,q ſeculari,ſed ſi nõ interuenit ꝯſenſus epĩ, dice
rem nullo modo poſſe agi corã eo:cum ius noſtrũ verã
donationem ſine ꝯſenſu epĩ non habeat in ꝯſideratio-
ne,quãto magis nec permiſſionẽ de donando, & ſimili
ter de iurepa.creando, habebit cõſiderationẽ, ſi non eſt
creata ſeu fundata eccleſia c.nemo.de conſe.diſt.1. & c.
de melius dicerẽ poſſe agi ɔ̄ eũ de dolo, per l. ſed actio:
ff.ſi quis cautionib. & per ea quæ ponit Abb. poſt Ioan.
An.& Cal.de inuitato. in c. cũ inter vniuerſas. de ele.de
quo diximus ſ.in 3.q.princi.huius lib.in 10.arti. circa fi.
7 ¶† Bene dicerẽ, ꝙ aliquis promiſerit ꝯſtruere eccl̃am
& ſic iuſpa. poterit compelli ẽt per iudicem eccleſiaſti-
cum:vt diximus ſ.in 1.par 1.lib.in 4.q.prin.in 4.art. & in
5.art.poſuimus,qua rõne incipiens eccl̃am ędificare cõ
pellatur illã complere,& ſic cum in hoc vertatur fauor
publicus,quilibet poteſt eſſe iudex:quod ẽt voluit Bar-
ba.in d.c.quãto.in 10.col.vbi dicit, ꝙ cõpellere laicum
ad traditionem iuriſp. actione perſonali non eſt diffini
re cauſam iuriſp.& per ꝯñs poterit compellere.faciat ſi
mile quod dr̃ in c.quod miſerabilẽ.de vſuris.& quod vo
luit Bar.in l.Titia.ff.ſol.mat.& vide infra in 10.arti.

¶Quartus arti.9.q.prin.3.Libri.

1 *Compromitti an poſſit cauſa iuſp a. in laicum. vbi quòd non.*
2 *Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.*

1 DVbitatur ex ſupraſcriptis 4.art.†an cauſa iuriſp.poſ
ſit compromitti in laicum.& de pñtatione,ꝙ com
promitti nõ poſſit in laicũ ſatis diximus ſ. in 2.par.2.li.
in 3.q.prin.in 7.art. vbi ẽt poſuimus rõnes, cur laicus in
cã iuriſp.& beneficialib.poſſit eſſe procurator,& nõ ar-
biter. vide ibi. Tñ quia maior ſpãlitas eſt in pñtatione,
quã in iurep.vt apparet ex dictis ſ.in 1.ar.poterat dubita
ri quid in cauſa iuriſp.ſed tñ in hoc non eſt dubiũ:quia
cum cã iuriſp.ſit fori eccleſiaſtici d.c.quanto.ſicut non
2 põt ventilari niſi iudicio eccleſiaſtico,†ita nec compro
mitti in arbitrũ laicũ:quia ſunt arbitria redacta ad inſtar
iudiciorũ l.1.ff.de arbi.& no.in c.quintauallis.de iureiu.
ita ꝯcludit Io.An.& poſt cũ But.& Abb.c.1. de confirm.
vti.vel inuti.& hoc ẽt voluit Alex.in conſ.ſuo 75.inci.vi
ſis.in pen.col.in 4.vol.& voluit Fel.in d.c.quãto.in 2.col.
in ver.itẽ ꝙ opinio.vbi licèt dixiſſet ɔ̄rium,per tex.in d.
c.examinata.tñ dicit reuera illum text. loqui in clerico
arbitro.& adducit do. An.ibi. & reuera ita loquitur ille
tex.& hanc etiam concluſionem voluit Abb. in diſput.
ſua inci.Augerio.in 6.col.& ita tene.

¶Quintus arti.9.q.prin.tertij Libri.

1 *Iudex laicus an poſſit iudicare de iurepat. & ſic acceſſorie cognoſcere
de eo cum vniuerſitate temporali, in qua eſt iuſpa. vbi ꝙ ſic, dummo-
do non ſit facta expreſſio de eo, nec in libello, nec in ſententia. & nu.2.*
3 *Iudex laicus incidenter non poteſt cognoſcere de cauſa iuriſpa.*

1 SVcceſſiue 5.dubitatur,† an ſaltim iudex laicus poſſit
iudicare de iurepa.& ſic acceſſorie cognoſcere de eo
cũ vniuerſitate temporali,in qua eſt iuſpa.hic articulus
differt ab illo articulo ſupra poſito in 8.pręce.q.prin.hu
ius lib.in 8.art.vbi tractauimus,an iuſp.tranſeat cum cõ
fiſcatione facta pp delictũ patroni per iudicem ſecula-
rem de oĩb.bonis ſuis,hic autem tractauimus,an iudex
laicus iudicãdo de vniuerſitate ſeculari,in qua eſt iuſp.
inter partes valeat eius cognitio & ſñia reſpectu iuriſp.
& do.Car.in caſu d.8.arti.vt ibi diximus tenuit ꝙ non.in
caſu verò pñtis art.dicit ſe in facto ꝯſuluiſſe ꝙ ſic,in d.c.
quanto.vbi do.Abb. pro hoc dicit ſe allegare gl. in d.ca.
filijs 16.q.7.quæ reuera loquitur in materia confiſcatio-
2 nis,vt d.8.art.diximus.† & hanc conclu.dicit do.Car.pro
cedere,qñ in libello,nec in ſñia ſit mentio de iurepa.ar.

vendita ſit tradenda per traditionem omniũ rerũ ſingu
lariter cum venditur:tñ ſnĩam non habet ſic tradere,&
ideo dico proceſſum & ſnĩam qui & quæ fiunt per iudi
cem ſecularẽ ſuper aliqua vniuerſitate tpali ſine expreſ
ſione iuriſp.abſq; dubio includere illud,cum in hoc iu
dicio interueniãt partes,quę hñt poſſe & velle diſpone
re de iurepa.cũ vniuerſitate, quod nõ eſt in ↄfiſcatione:
ga partes in illa veniũt volũtariè ſed coactè: vt diximus
in d.8.art.reliqua circa hũc pñtem art.ſupple per dicta ſ.
in ipſo 8.art.& prędicta ẽt voluit Pau.de Cita.in hoc tra.
in 9.par.in 16.q.Et adde qđ dicit Barb. in d.c.quãto. poſt
3 prin.10.col.dicentẽ poſt do.Car.iudicẽ laicũ † ẽt incidẽ-
ter nõ cognoſcere de eã iuriſp.ar.c.tuam.de ordi.cogni.
& c.lator,qui filij ſint legi. & ſi opponatur iudicẽ eccle-
ſiaſticum cognoſcere principaliter de cauſa ſpectante
ad forum ſeculare:vt no. in c. de prudentia.de dona.in-
ter virum & vxo.ita debet eſſe contra,ſolu.vt not.in d.c.
tua.& in d.c lator.

¶Sextus arti.9.q.prin.3.Libri.

1 *Tranſigi an poſſit ſuper iurep.a. vel eius præſentatione, vbi ꝙ non.*
2 *Tranſigi non poteſt ſuper iure ſpirituali,nec ſuper annexo,& ſi tranſa*
ctio fuerit facta ſuper eis,eſt nulla nu.3.
4 *Verbum videtur, eſt fictum.*

1 SVcceſſiue dubitatur 6.†an ſuper iurep.vel ipſius pñ-
tatione poſſit tranſigi.& eſt tex.ꝙ non in c. præterea.
el 1.de tranſ.immo ſi fieret interueniente aliqua tẽpora
litate,eſſet ſimonia:vt volunt omnes doc.ibi,& præſet-
tim Abb.in d.diſpu.ſua inci.Augerio.in 6.col. ſequitur
Roc in hoc trac.in ver.ius in 1.q.in fi.3.col.& ideo Abb.
ſummat illũ tex.ſicut ſuper iure ſpirituali,ita ſuper an-
2 nexo non põt tranſigi † vt recedatur a lite interueniẽte
aliqua tpalitate.in quo tex.Abb.primò colligit, pñtatio
nẽ qnque poni pro iurepa.& poſſe ad illũ text. intelligi
ſola pñtatione,& ſic pro parte iuriſpa. ex quibus verbis
colligitur,nõ ſolũ in pñtatione,ſed nec ẽt in iurepatro-
natu poſſe tranſigi.& in 2.no.ibi Abb. colligit, ſimoniã
cõmitti non ſolũ in ſpũalib.ſed ẽt in connexis ſpũali,vt
eſt iuſp. & ꝙ cõmittatur ſimonia in pñtatione diximus
late ſ.in 2.par.2.lib.in 9.q.prin.in 3.art.& plus dicit Abb.
3 in 3.no.per illũ tex.† tranſactionem ſuper ſpũali,vel cõ
nexo interueniente aliquo tẽporali eſſe nullã. Et licèt
poſſet opponi ↄ̃ illum tex.de c.ſuper eo.& dec.conſtitu
tus.de tranſa.vbi hr̃,non committi ſimoniam in tranſa
ctione ſuper ſpirituali,ſed ſpecies ſimoniæ Abb.ſoluit.
4 ideo tex.in c.præterea.dicere,ꝙ vr̃ ſimonia †quia verbũ,
vr̃, eſt fictum & non denotat præciſam veritatem l.1.§.
deiiciſſe.ff.de vi & vi arma.Dicit etiam ibi Abb.ꝙ ſi laj-
ci percepiſſent ab antiquo cẽſum in eccleſia,potuiſſent
illum remittere & conferre religioſis, & percipere iuſ
pat. quod dicit Hoſt.verum ex auctoritate ſuperioris &
non paſſione partium, & bene loquitur ſecundũ Abb.

¶Septimus art.9.q.prin.tertij Libri.

1 *Quis iudex poteſt cognoſcere de expulſione patroni.*
2 *Violentia omnis dicitur perſonalis iniuria.*
3 *Cauſæ feudalis debet agi coram domino feudi,fallit in quæſtione poſſeſ-*
ſoria ipſius feudi,quia coram ordinario.

1 DVbitatur ſeptimò † corã quo iudice agatur de ex-
pulſione patroni.Et Bal. in d.c.quanto.dicit ꝙ ſi pa-
tronus eccleſiæ eſt expulſus per vim de cuſtodia eccle-
ſię vacantis poterit agere actione iniuriarum coram lai
2 co:quia agitur de iniuria cõmiſſa in perſonã ſuam: † nã
omnis violẽtia dr̃ perſonalis iniuria: vt ſingulariter no.
ſin cum in l.itaq; fullo.ff.de furtis.alleg.ſimile,quod vo
3 luit gl.in c.cæterum.de iudi.† ꝙ licèt cauſa feudi ſit agi-
tanda corã dño feudi non corã ordinario:tñ qõ poſſeſ-
ſoria feudi põt agitari corã ordinario. & dicit Bal.ꝙ nõ
ſolum pro expulſione , ſed ẽt pro turbatione competit
actio iniuriarũ l.ſeruus.ff.de act.& obli.Sequitur prædi-
cta Barb.in d.c.quanto.in 10.col.in ver.ſed Bal.hic.Quod
intellige in patrono eccleſiaſtico , qui habet cuſtodiam
eccleſiæ vacantis:quia laicus non habet niſi ſibi reſerua
uerit:vt diximus ſ.in 2.q.prin.huius par.in 6.art.& latius
in 2.par.2.lib.in 1.q.prin.in 29.arti.

¶Octauus art.9. q.princ.3.Libri.

1 *Quod remedium intentetur pro iurepa. declarando, vel euincendo,re-*
miſſiue.

1 EſSet diſcutiendum 8. loco †quod remedium inten
tabitur pro iurepa.declarando, vel euincẽdo, & an
officiũ iudicis,vel rei vendic. de qua etiam per Bal. in d.
c.quanto.& ibidẽ do.Car.& Barb.in fi.10.col.in ver.quę-
rit etiam hic Bal. Sed quia de hoc late diximus ſ.in 1.q.
prin.huius 3.lib.in 7.arti.ad ibi dicta me remitto.

¶Nonus arti.9.q.prin.3.Libri.

1 *Ius ſepulturæ eſt annexum ſpiritualibus.*
2 *Sepulturæ,ſeu iuris funerandi non habetur,nec poſſeſſio, nec dominiũ,*
ſed tantum vſus.

SEd dubitatur 9.an laicus poſſit ius funerandi poſſide
re,& dicendum eſt ꝙ ſic, ſed non pñt habere dñium
illius gl eſt in c.quanto.de iudi.immo Inn.ſenſit ibi ius
ſepulturę non eſſe ius ſpirituale, ſicut nec ipſum iuſpa.
1 † ſed eſſe annexum ſpiritualibus.Et ideo dicit Hoſt.in c.
abolendæ.de ſepul. in ipſo iure funerãdi tolerari laicos
ſicut in iurep.cũ ſit in cimiterio,quod eſt ſacrum, & ſic
eſt annexum ſpũali.Sed do.Abb.dicit in d.c.quãto. hoc
procedere, qñ locus eſt perfectus religioſus illatione
corporis mortui: ſicut olim fiebat de iure ciuili : & ita
loquitur.l.1.ff.de mor.inferen.quo caſu laicus poſſidet
ius funerandi,ſed non procedit in ſepulchro exiſtente
in cimiterio ſacro,ſeu in eccleſia. qa cũ ipſũ cimiteriũ,
vel eccleſia ſit res ſacra,ideo vt res mere ſpiritualis non
poteſt per laicũ poſſideri,nec in totum , nec in partẽ.c.
cauſam quæ de reſcrip. & l.quæ de toto.ff.de rei vendi.
ideo laicus tale ſepulchrũ propriè nõ poſſidet, tolleratˀ
tñ in hac facultate funerandi ex quadã commiſſione,
arg.d.c.abolendæ. & per gl. 13.qõ.2.§.itẽ quęritur. & ita
intelligatur dictum Hoſt.ita voluit Collectarius in d. c.
quanto.Qui dicit,ꝙ niſi laicis permitteretur ſepulchrũ
ſuorũ maiorum, fieret eis præiudiciũ, ar.c.pe.de poſtu,
prela.Sequitur prędicta Barb.in d.c.quanto.in 9.col.vbi
dicit poſtea ſibi uideri nõ ſolũ laicum poſſidere ius ſe-
pulturę, ſed etiã eſſe dominũ: & mouetur hac ratione
per appoſitionẽ corporis humani locus hodie nõ effici
tur religioſus,niſi auctoritate epiſcopi fiat.Ita dicit glo.
in c.ſi eccleſiaſtico.13 q.2.& voluit Inn.in d.c. abolendę.
ergo cũ hodie locus nõ efficiatˀ religioſus per appoſitio
nẽ corporis;quia laicus poteſt habere poſſeſſionem , &
dominium iuris funerandi. & dicit ſe ita ultra alios li-
mitare gl.in d.c.quanto.Certe hoc motiuũ Barb.neſcio
quid boni afferat:cũ hodie nullus ſepeliatˀ extra cimite
riũ,vel eccleſiã,q̃ loca ſunt ſacra,& ſic poſſideri nõ poſ
2 ſunt, † & iõ dicas quẽ habere vſum tãtũ in ſepulchro &
non dñium,nec poſſeſſionẽ , niſi abuſiue,vt diximus ſ.
in 1.par.1.lib.in vlt.q.princi.in 13.artic. & late etiam ſu-
pra in 1.q.princi.huius 3.lib.in 4.artic. vbi tractauimus:
an poſſint mutari arma ſepulchrorum,quod ius ſepul
chrorum ſolum tranſit ad hæredes ſanguinis,& non ad
extraneos hęredes:vt ibidem diximus,& latius in 2.par
te 1.lib.in 2.quęſt.prin.in 3. articu. & an poſſit vendi cũ
vniuerſitate,diximus ſupra in 2. par.1.lib. in 5. quæſtio.
prin.in 12.articu.

¶Decimus arti.9.q.princ.3.Libri.

1 *Actor ſequitur forum rei.*
2 *Iudex eccleſiaſticus habet cognitionem iuris funerandi,expenſarum ve-*
rò funeris iudex laicus.

Et ex

ET ex prædictis poteſt dubitari 10. ad quem iudicem laicum, vel eccleſiaſticum ſpectat cognitio cauſæ, cum agitur de iure funerandi. Do. Ant. in d. c. quanto. dicit, ꝙ ſi agitur realiter pro ipſo iure funeris, cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticũ, ſed ſi agitur de impenſa facieñda, vel repetẽda cognoſcet iudex laicus inter laicos l. ſiquis. §. plerique. ff. de reli. & ſumpt. fune. Et idẽ dicit, ſi agitur de vſu funeris actione perſonali ſicut de iu rep. promiſſo donari: quia forte cauſa poteſt corã iudice laico tractari, de quo diximus ſ. in 3. arti. Sequitur prædicta Barb. in d. c. quanto. in 9. col. in verſ. ſed ad quem ſpectat Abb. verò dicit, nõ poſſe laicum decernere promiſſionem valere, vel cõpellere laicum ad tradendũ ius ſepulchri, et cum agitur actione perſonali: quia non põt iudex aliquid decernere actione perſonali directe, vel indirecte cimiterium, vel ipſam eccl̃am, maxime quia laici tolerantur in hac facultate ex promiſſione quadã & humanitate Io. de Imo. verò in d. c. quanto. dubitãdo per verbum forte dicit hoc dictum non forte tutum in promiſſione iuriſp. pp generalitatem illius tex. c. quãto. arg. c. ſi Romanorum. 19. diſt. Sed do. Car. ibidem dicit, ꝙ habito reſpectu ad chriſtianos qui ſepelliuntur in cimiterio vel eccl̃a, vt in c. ex parte. & in c. abolẽdæ. de ſepul tu. iudex eccl̃aſticus cognoſcet: ſed ſi queratur de alio reſpectu, ſcilicet de impenſa ad quã pertineat, ſtabitur re-
1 gule † ꝙ actor ſequat̃ forũ rei. c. cũ ſit generale. de for. cõpe. Pro hoc vltimo d. Barb. ibidẽ in 10. col. in ver. ego addo. vbi dicit de hoc vltimo ſatis mirari, quare non adduxerint ſingularẽ tex. in l. hæreditas. §. fi. in verſ. imperiali, vel Pontificali auctoritate. ff. de peti. here. vbi hæres põt cõpelli non ſolũ per iudicẽ eccleſiaſticũ: ſed ẽt per laicum ad impenſam monumẽti, in quo ſepeliẽdus eſt ex teſtõ, quem tex. allegauit gl. in c. nouit. de iud. & per ꝯns poterit iudex laicus compellere, & ẽt cognoſcere ſuper impenſa funeris, qñ agitur rõne perſonali per illũ text. Et quantum ad illud quod dictũ eſt quem poſſe cõpelli ad tradendũ iuſpa. per iudicẽ laicũ, dicir re vera do. Ant. nõ loqui aſſertiue, ſed trepidans & dubitãs, & ideo ipſe Barb. ſubtiliter ponderat illũ tex. c. quanto. ꝯ doctrinam do. Ant. vbicunq; negatiua ꝑcedit verbũ põt: vel verbũ, valet, & tunc importat neceſſitatẽ præciſam. Ita volunt gl. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & in cle. diſpendioſam. de iudi. & hr̃ in l. Gallus. in prin. & ibi Bal. ff. de libe. & poſth. ſed in illo tex. negatiua præcedit verbũ valet, quia dicit nõ valeat, niſi per iudicẽ eccleſiaſticũ diffiniri; ergo inducit neceſſitatẽ præciſam, & ſic nec incidenter, nec principaliter poterit iudex ſecularis cognoſcere de cauſa iuriſp. Niſi dicas cõpellere laicum ad tradendũ iuſpat. actione perſonali nõ eſſe diffinire cauſam iuriſp. & per ꝯns poterit cõpellere. Et hæc ſunt addẽda ad ea quæ diximus ſ.
2 in 3. art. Et ſic ꝯclude in hoc art. † cognitionẽ iuris funerandi ſpectare ad iudicẽ eccleſiaſticũ, pro expenſis verò funeris ad iudicẽ laicũ ſeruata regula c. cũ ſit generale. de foro cõpe. ſm do. Cardi. ſupra relatum, cuius dictum facit pro his, quæ diximus nos in d. 3. arti. & ad ibi dicta adde quæ modo hic diximus.

¶ Vndecimus art. 9. q. prin. 3. Libri.

1 *Libelli quomodo ſint formandi in materia iuſpa.*
2 *Spoliato poſſeſſione iuriſpa. quod remedium competat.*

DVbitatur decimò de libellis formandis in materia
1 iuriſpa. † & ſic quomodo formetur libellus, qñ agi

10. art. & an in petenda inſtitutione requiratur libellus, & quæ ſit eius forma. diximus in d. 2. par. 2. li. in 8. q. prin in 6. & 8. art de quib. formis libellorum ẽt remiſſiue poſuit Roc. in hoc tra. in verbo ius. in fi. 1. q. volo tranſcribere Spe. circa has formas videas eũ. & alios practicos in corũ formulis & ſummulis. Non omittam, quod dixit Abb. in c. pro illorũm. in 1. no. de præb. ꝙ ſi patronus cuius iuſpa. ab illo occupatur porrigat libellum ꝯ illum dicendo puto eccleſiam meam, libellus ſuſtinetur, & exponitur eccleſiam, ideſt iuſpatronatus: quod etiam firmat do. Feli. alias auctoritates allegando in c. auditis. in 2. col. de præſcri. Sequitur do. Roc. in hoc tra. in verbo ipſe vel is a quo. in fi. 21. q. de quo etiam nos diximus ſup. in 1. q. prin. huius 3. lib. in 7. arti.

COllige ex omnibus dictis in hac 9. q. prin. & eius 11. arti. concluſionem, iuſpa. non eſſe mere ſpirituale, nec mere temporale: ſed annexum ſpirituali a tempore ſuæ creationis, & ideo accipit naturam a digniori. ſ. a ſpirituali: vt diximus ſ. in 1. art. Amplia d. conclu. præſertim in ſecunda ſui parte intantum procedere, ꝙ cauſa iuriſpa. non fori ſecularis, ſed fori eccleſiaſtici, ſit vt dixi mus ſup. in 2. artic. Amplia ſecundò d. concluſio. & præſertim in ſecunda ſui parte intantum procedere, ꝙ cauſa iuriſp. non poteſt cõpromitti in laicum, ſicut nec cauſa preſentationis, & ſic fructus eius: vt diximus ſup. in 4. arti. Amplia tertiò d. conclu. intantum procedere, ꝙ iudex laicus non ſolum principaliter, ſed nec incidenter de cauſa iuriſp. cognoſcere põt: vt diximus ſ. in fi. 5. arti. Amplia quartò d. ꝯclu, intãtum procedere, ꝙ nec ſuper iurepa. nec ſuper ipſa preſentatione cũ aliqua interuentione rei tẽporalis trãſigi poteſt, ſicut ſuper re mere ſpirituali: vt diximus ſ. in 5. art. Amplia quintò d. concl. intantum procedere, ꝙ nõ ſolum cã iuriſpa. ſed ẽt cognitio cauſæ iuris funerandi eſt cognoſcenda per iudicem ſecularẽ: vt diximus ſ. in 10. art. Extende hanc amplia. ꝙ nec ius funerandi poſſideri poteſt per laicum, ſed ſolũ haberi vſus in eo: vt diximus ſ. in 9. art. Reſtringe primò d. amplia. procedere quò ad cognitionẽ cauſæ ipſius ius funerandi: quia cognoſcẽda eſt per iudicem eccleſiaſticum, ſed cã expenſarum in ſepulchro ſeu funere factarum ſeruata regula, ꝙ actor ſequatur forum rei, bene poteſt cognoſci per iudicem laicũ. vt diximus ſ. in 10. arti. Reſtringe 2. d. ampli. procedere modo præmiſſo, ſed de actione perſonali ad tradendum ſepulturã bene poteſt agi coram iudice laico: vt diximus in d. 10. artic. Limita modò d. concl. in prima ſui parte: vt nõ proceatd in caſibus in ꝯriũ a iure expreſſis: puta in quaſi poſſ. & actuum ꝯſequutiuorũ: quia illi dñr ſpirituales: vt diximus ſ. in 1. art. in ver. & hãc ꝯclu. in 2. ſui parte. Secũdò limi. d. ꝯclu. vt non procedat in odioſis: quia appellatione ſpiritualiũ, vel cauſæ ſpiritualis non veniet cauſa iuriſp. vt diximus in d. 1. arti. in verſ. ſecundò limita. Tertiò limita. d. conclu. eam non procedere, qñ haberent examinari teſtes ad æternã rei memoriã, ꝙ in fundatione remiſſum fuerit iuſpa. quia poterunt examinari coram iudice laico: vt diximus ſ. in 1. membro 3. artic. Reſtringe hanc limi. procedere, qñ ageret eccleſia, ſeu beneficiatus, ꝓ ea pro libertate, & laicus eſſet reus, ſed qñ laicus ageret dicendo eccleſiã non liberã & vellet teſtes examinari facere ad æternam rei memoriã, hoc fieri debet coram iudice eccleſiaſtico: vt actor ſequatur formam rei, per ea quæ diximus ſ. in d. 1. membro 3. arti. Reſtringe omnia prædicta procedere, niſi intentaretur actio diffamari. C. de ingenu. & manumiſ. per eccleſiam ꝯ illam diffamantem dicendo ſe patronum: quia illa non proponet co-

in d.3.art.in fi. Limita quintò d.ↄclu.procedere,niſi agatur per patronum expulſum a cuſtodia eccleſiæ de iniuria ſibi illata:quia poterit de ea agere ꝯ alium laicum expulſantẽ ratione iniuriæ coram ſeculari iudice: vt diximus ſ̃.in 7.art. Declara primò d.ↄclu.ꝙ pro iurep.declarando,vel euincendo pōt dari officium iudicis & rei vẽdicatio:vt diximus ſ̃.remiſſiue in 8.arti.Declara ſecũdò ꝙ in iſtis iudicijs iuriſp.dantur dioerſæ formę libellorũ & non vitiatur libellus, ſi dico pcto eccleſiam meam cum petam iuſp.quod in ea habeo:vt diximus ſimiliter reoiſſiue in 11. & vlt.art. Et per iſta ſit expedita hæc 9.q. prin.cum eius arti.Capiamus decimam.

¶Decima q.princ.3.Libri.

1 *Differentiæ quę ſunt inter patronos laicos & clericos.*

QVia iam deuenimus ad metam huius tra.cum Dei adiutorio:prope enim eſt finis.Ideo viſum eſt nobis 10.principaliter quærere,quia eccleſię habent diuerſas ſpecies patronorũ, in quib. ipſe ſpecies differant.Ex qua quidẽ quæſtione duo oriuntur artic. Primus erit in quib.differunt patroni laici ab eccleſiaſticis. Secundus erit quia eccleſiaſtici patroni,aliqui ſunt meri patroni, aliqui habent eccleſiã cum omnib. bonis temporalib. ipſius pleno iure ſubiectam : vt in c. de monachis.& in c.auaritię.de præb.& præſentant in illis presbyteros ſeu vicarios perpetuos:vt in cle.1.hoc tit.de quib. ſatis diximus ſ̃.in 3.par.2.lib.in 10.q.princ.per totum in quib.iſti patroni eccleſiæ inter ſe differant.Capiamus igitur primum arti. in quib. differant patroni laici ab eccleſiaſticis.Et primò dicas differre:qa patroni eccleſiaſtici erant & ſunt capaces huius iuris:laici verò non: & ex hoc videbatur iuſp.dici ex gratia quò ad laicos,& non quò ad eccleſiaſticos:tñ nos concluſimus ſ̃.in 1.par.1.lib.in 1.q. prin.in 4.arti.vtrumque dici ex gratia:nihilominus differunt in hoc:quia magis dr̃ ex gratia iuſpa.patroni laici,q̃ iuſpa.patroni eccleſiaſtici.Secundò differunt,nam licèt in limine fundationis patronus poſſit opponere ↄditionem cũ ↄſenſu epĩ,ꝙ nulla requiratur inſtitutio electi,ſeu pñtati: ſed per ſolã electionẽ,vel pñtatiooem acquirat plenũ ius:vt diximus ſ̃.in 1.par.1.li. in 9.q.prin. in 3.arti.tñ hæc ↄditio haberet locũ,qñ fundator vellet iuſp.eſſe patroni,eccleſiaſtici:quia per eius electionem ſeu pñtationem ẽt ſactam de ſucceſſore tranſiret in illũ plenũ ius beneficij,ſine alia inſtitutione:quia capax eſt transferen. ſed nõ poſſet habere locũ in patrono laico d.ↄditio:quia per ſolã eius pñtationem ſine inſtõne canonica nõ poſſet transferri plenũ ius in pñtatum, cum non ſit capax iuris ſpiritualis:vt diximus in d.3.art.dum tractauimus de beneficijs Tranenſib.procedentib.de ſacerdote in ſacerdotẽ:& in 2.par.2.lib.in 4.q.prin. in 5.ar. & in 3.par.2.lib.in 1.q.prin.in 10.& 12.arti. Tertiò differunt : quia laicus non pōt acquirere iuſp. ex priuilegio epĩ cum circa eius incapacitatem eps̃ non poſſit prouidere:vt diximus ſ̃.in 1.par.1.lib.in 10.q.prin.in 4.arti. tñ poterit concedere iuſp.eccleſiaſti.vt ex ibi dictis colligitur. Quartò differunt : quia laicus non pōt præſcribero iuſp.ꝯ eccleſiã liberã , cũ ſit incapax illius iuris niſi fundauerit,conſtruxerit,vel dotauerit eccleſiã: clericus verò eccleſiaſticus poterit præſcribere iuſpa.in eccleſia libera,quamuis nullum de prædictis fecerit : cũ ſit capax illius iuris, per ea quæ latiſſime diximus ſ̃. in d.1.par.1. lib.in 10.q.prin.in 5.art.Quintò differunt.quia cũ transfertur titulo habili:puta donationis, vel ſimili iuſpa.in laicũ alium, requiritur ↄſenſus epĩ, aliàs nulla eſt tranſlatio:vt diximus ſ̃.in 2.par.1.li.in 1.q.prin.in 2.arti. tñ ſi ſimilis tranſlatio fieret in eccleſiã ſeu pium locũ , & ſic in eccleſiaſticũ nõ requireretur ↄſenſus epĩ: vt diximus ibidẽ io 10.arti.Sextò differunt,quia patronus laicus nõ pōt præſentare rectorẽ eccleſiæ collegiatæ,nec cum electorib.eligere, ſed tñ conſentire: patronus verò eccleſiaſticus poſſet cum electorib.eligere,ſi hoc habet inſtõ eccleſiæ,quæ hoc facere nõ poſſet in laico : vt late diximus ſ̃.in 1.par.2.li.in 5.q.prin.in 2.arti.Septimò differũt quia c.1.vt lite pendente.lib.6.diſponens ꝙ pendente lite inter duos electos vno ipſorum moriente,vel liti cedente non poſſit alter eligi,habet locũ in patrono eccleſiaſtico,& non in laico,& ſic in præſentis a patronis eccleſiaſticis:& non in pñtatis a patronis laicis:vt late diximus ſ̃.in 2.par.1.lib. in 6.q.prin. in 22.arti. Octauò differũt: nã licèt c.2.vt lite penden.li.6.diſponens,ꝙ beneficiato ꝯ quem de beneficio litigatur cedẽte, vel decedẽte electores nõ poſſint alterum eligere:vt cum ſuperſtite litiget,habeat locũ in pñtatione patroni eccleſiaſtici non tñ habet locum in pñtatione patroni laici: vt diximus ſ̃.in d.6.q.prin.in 13.arti.Nonò differunt,ꝙ licèt diſpoſitio c.2.de præb.lib.6.dictantis,beneficia vacantia in curia eſt reſeruata a Papæ. & regula cancellariæ & extrauagans de beneficijs affectis cũ eorũ reſeruationib. habeant locũ io beneficijs de iurep. laicorũ:vt diximus in d.6.q.prin.in 22.art.& in 3.par.2.li.in 9.q.prin.in 13.artic. Decimò differunt: quia patronus laicus nullo vnquam tpe poterit pñtari: nec per ſe ipſum, nec per alios, cum pñtandi ſaltim debeãt eſſe clerici:vt diximus ſ̃. in 1.par. 2.lib.in 7.q.prin.in 1.2.& 7.art. & tñ patronus eccleſiaſticus ſiue clericus pōt per collegas ad beneficiũ iuriſp.ſui præſentari,& in beneficijs ſimplicib.ſeipſum præſentare,& in magnis beneficijs p̃ces porrigere,& collatũ motu proprio acceptari,pñtationi a cõpatronis de ſe factæ ↄſentire:& ſi ſunt in pari numero augere, de quib.omnib.diximus ſ̃.in d.1.par.2.lib.io 8.q.prin.io ſuis arti.Vndecimò differunt quia c.per inquiſitionẽ. de elc.puniẽtẽ eligenteo indignum,vt ſi electio eſt facta in eccleſia cathedrali : nec in alia eligi poſſit ſi in illa tñ eligi non poſſit,habebit locũ ẽt in patrono eccleſiaſtico,ex priuilegio pñtante in ecc̃la cathedrali,vel de iure in ecc̃la inferiori,& tñ non habebit locũ in laico ex priuilegio Papæ valente pñtare in ecc̃la cathedrali,vel in inferiori de iure,q̃uis eſſet clericus & hẽret iuſpa. rõne patrimonij: quia nõ incurret illã pęnã:licèt indignũ pñtaſſet:vt diximus in d.2.par.1.li.in 9.q.princ.in vlti.artic.Duodecimò differunt:nã licèt patroni eccleſiaſtici pñtantes nõ idoneũ,vel indignũ indiſtincte priuentur illa vice iure pñtandi:tñ patronus laicus pñtans non idoneum, vel indignum ignoranter , niſi indignum ſcienter præſentauerit,non punitur illa vice pñtandi : vt diximus de prædictis late ſ̃.in 1.par.2.lib.in 10.q.prin.in 4.arti.Decimotertiò differunt: qoia patroni laici habent quatuor mẽſes ad pñtandum,cum vacauerit ecc̃la,patronis verò eccleſiaſtici habent ſex menſes ad pñtandum , cum vacauerit ecc̃la,vt diximus ſ̃.in 2.par.2.lib.in 1.q.prin. in 1.arti. Decimoquarto differũt : quia ſi patroni laici litigant ſuper ipſo iurepa.cum pñtato,& noo finitur lis infra quadrimeſtre fit deuolutio ad epm̃,& ipſe prouidebit eccleſiæ, ſed ſi talis lis erit inter patronos eccleſiaſticos , non deuolueretur ad ordinarium prouiſio , niſi poſt lapſum quadrimeſtre:vt diximus d.2.par.2.li.in d.1.q.prin.in 9.ar Decimoquintò differũt : quia ſi patronus eccleſiaſticus pręſentauit aliquem & nõ conſenſit præſentationi,habebit iterũ ſemeſtre ad pñtandum:patronus verò laicus ſi præſentauit infra quadrimeſtre,& ille nõ ↄſenſit pñtationi eſt ac ſi nõ præſentaſſet:& ideo non habebit iterũ quadrimeſtre, vt diximus in d.2.par.2. lib. in 1.q.prin.in 17.arti.& in 1.par.d.2.lib.in 6.q.prin.in 8.art.Decimoſextò differunt: quia ſi pñtatio patroni eccleſiaſtici non teneat & reuocatur propter occultum crimen , non ſolũ non habebit iterum ſemeſtre,immo nec intra illud ſemeſtre poterit alterũ pñtare:patronus aũt laicus in hoc caſu,licèt non habeat aliud quadrimeſtre,tñ infra illud quadrimeſtre poterit alterum pñtare:vt diximus in d.2. par.2.lib.in 1.q.prin.in 18.arti.Decimoſeprimò differũt: quia patronus eccleſiaſticus habet cuſtodiam eccleſiæ vacantis,patronus vero laicus nõ,vt diximus in d.2.par. 2.lib.in 1.q.prin.in 29.art.& ibidẽ in ſeq.art. differunt in ponendis conomis.Decimooctauò differunt,ꝙ licèt valeat pñtatio,ſi patronus laicus dicat epõ pñte quem talis pñtabit:tamẽ non valeret hmõi præſentatio, ſi fieret

per

per patronum eccleſiaſticum: vt diximus in d.2.par.2.li. in 3.q.prin.in 5.arti.de cuius veritate melius habeť ibi-dem in 8.art. Decimonono differunt: φ licēt prõni laici poſſint plures ad vacantē eccleſiā pñtare, vt is inſtituatur, quē habens inſtiture elegerit, iuxta.§.fi.clem. plures hoc ti.tñ hoc nõ poterit facere patronus eccleſiaſticus, cum ille text. non habeat locū in eo: vt diximus in d.3. q.prin.in 6.art.ſed clarius in 8. Vigeſimò differunt: quia pronus eccleſiaſticus non poteſt pñtare alternatiue, laicus verò ſic p d.§.fi.cle.plures.hoc ti. vt late diximus ſupra in d.3.q.prin.in 8.arti. Vigeſimoprimo differunt: nā licēt pñtatio patroni laici conditionalis incerta, dubia, ſeu obſcura verificanda & purificanda pcedat, nõ tñ ēſt ſic in pñtatione patroni eccleſiaſtici, quia illa debet eſſe & pura certa: vt diximus in 3.q.pri.in 9.ar. vbi tñ de hoc dubitaui vide ibi. Vigeſimoſecūdò differunt, qa diſpõ. c.quàm ſit.de elec.li.6.q ſtatuit terminum electo ad acceptandum electionē non habet locū in pñtatione patroni laici: ſecus in prono clerico: vt diximus in d.2.part 2.lib.in 5.q.prin.in 2.art. Vigeſimotertiò differunt: quia diſpõ.c. vt quis duas. de elec.lib.6.põt habere locum in pñtatione patroni eccleſiaſtici in certis caſib. vt pñtatus inſtāte aduerſario cogatur vnā ex illis eligere: & tñ hoc non habet locum in pñtationib. factis a patronis laicis: vt diximus in d.5.q.prin.in 3.art. Vigeſimoquartò differūt; quia pñtatus a patrono eccleſiaſtico dř habere ius in re, ex quo variare non põt pñtatus a patrono laico, dř habere ius ad rē: vt late per do. in c.cum Bertol. de re iudi. Ego tñ in d. 5.q. prin.in 8.arti.& in eadē parte in 7. q.prin.in 1.arti. tenui pñtatū ſiue ab eccleſiaſtico: ſiue a laico patrono hřeius ad rē: licēt pinguius ius & magis certū tradatur pñtato per patronū eccleſiaſticū quàm p patronū laicū. Vigeſimoquintò differunt; quia licēt cõſuetudo non poſſit inducere ēt in beneficijs minorib. vt pñtatus p laicū poſſit adminiſtrare bona eccleſiæ ante inſtõnem, tñ ꝯſuetudo poterit hoc inducere in pñtato p patronum eccleſiaſticū: vt diximus s̄. in d.5. q.prin. circa fi.11.art.& faciunt q̃ dñr ibi in 12.art. Vigeſimoſextò differunt: quia pronus laicus põt variare accumulatiue duos pñtando, patronus eccleſiaſticus verò non põt variare: vt late diximus s̄.in 2.par.2.lib.in 7.q.prin.per totum.& p̃ſertim in 1.art. vbi aſſignatur rõ huius differētiæ. Vigeſimoſeptimò differūt; qa dignior & pinguior eſt vox prõni eccleſiaſtici, q̃ ſecularis, vnde ſi haberent iuſp.oēs & æqualiter diuiderent corū vota duos pñtandos eſſe præferendum pñtatū a clerico: de quo tñ vide q̃ diximus s̄.in 3.par.2.lib.in 5. q.prin.in 17.art. Vigeſimooctauò differunt: qa legatus a latere põt reſeruare & cõferre beneficiū iuriſp.eccleſiaſtici: nõ tñ illud laici. text. eſt in c.cum dilectus.hoc ti.cum ibi no.& in c. dilectus. de off.deleg.& nos diximus late s̄.in d.3.par. 2.lib.in 8.q. prin.per totū.& p̃ſertim in 1.& 2.artic. Vigeſimonono differunt, φ quamuis Papa poſſit p̃iudicare iuripa.tam patronorum eccleſiaſticorū, quàm laicorū: & de illo diſponere: vt no.in d.c.cū dilectus.hoc ti.& in d.c.dilectus de off.leg.& nos diximus s̄.in d.3. par.2.lib. in 9.q.prin. in 1.& 2.art. tñ diſponendo de iurep. laici nunquam intelligitur præiudicare, nec præiudicat laico, niſi expreſſe de eorum iurep.faciat expreſſam mentionē, & illi derogет, eccleſiaſtico verò patrono ſemel præſumitur derogare: & eius iurip.cum quacunq; generali derogatione, nec ſpāli, nec expreſſa: vt latiſſime diximus s̄. poſt d. Feli.in eius trac.qñ litteræ apoſtolicæ no.pro.in d.3.par. 2.lib.in d.9.q.prin.per totū.& p̃ſertim in 3.& 17.art. Tri-

temporalia eccleſiæ, iuxta.c.de monachis.c.auaritiæ. & c.in lateranē.de præb.& tenenř de illis aſſignare portionē vicario perpetuo illius loci.tex.in cle.1.hoc tit. laici verò quāuis prõni nõ poſſunt hře tpalia ecclæ: & ideo nõ tenētur aſſignare aliquā portionē presbytero beneficiando, ſed ſufficit illum pñtare, & ꝯſequetur oīa tēporalia eccleſiæ: vt diximus s̄.in 3.par.2.lib.poſt doct. in cle.1.in 10.q.prin.in 5.art. Trigeſimotertiò differunt: qa pronus eccleſiaſticus põt petere a beneficiato ſibi reddi adminiſtrationē redditus eccleſiæ, & ille ad hoc renebiť, tñ non poterit hoc facere prõnus laicus: vt diximus s̄.in 2.q.prin.huius.3.lib.in 5.art. Trigeſimoquartò differunt, qa in alienatione rei eccleſiæ patronatæ de neceſſitate requiriř ꝯſenſus prõni eccleſiaſtici, prõni verò laici nõ, niſi pro maiori cautela, vt non õdicat: vt diximus in d.2.q.prin.in 7.art.de qua infra.in ſeq.arti. Trigeſimo quintò differunt: qa licēt aliqñ ſolus rector eccleſię patronatæ laici poſſit repudiare legatū rei immobilis eccleſiæ factū, nõ poterit hoc facere ſolus rector ecclæ patronatæ eccleſiaſticorū pronorum: vt colligitur ex dictis in d.2.q.prin.in 9.arti. dicetur. Trigeſimoſexto differūt; φ licēt rector eccleſiæ agat in iudicio ēt in maxima cā ſine ꝯſenſu prõni laici, tñ nõ poterit agere ſine conſenſu prõni eccleſiaſtici: vt diximus in d.2.q.prin.in 10. art. Trigeſimoſeptimò differūt; quia licēt patronus laicus non habeat ꝯtribuere cum rectore eccleſiæ ad onera incūbentia, & p̃ſertim procurationib. epõrū in cõſecratione ſeu reconciliatione eccleſiæ pronatæ: tñ prõni eccleſiaſtici, de quib.in ſeq.art.tenebunť ꝯtribuere: immo ipſi pdicta facere: vt diximus in d.2.q.prin.in 13.art. Trigeſimooctauò differunt: nā licēt patronus eccleſiaſticus nõ teneatur ꝯcurrere ad ſolutionē collectę p Papā impoſitæ eccleſiæ cum ipſo prono, tñ pronus eccleſiaſticus, de quo in ſeq.art.tenebitur ad prædicta, vt colligitur ex dictis s̄.in d.2.q.prin.in 15.arti. Trigeſimo nonò differūt, nam licēt rector eccleſiæ pronatæ laici poſſit ordinari facere aliquē ad titulum illius eccleſiæ inuito prono laico, tñ hoc nõ poterit facere inuito prono eccleſiaſtico, de quo in ſeq.art.vt diximus s̄. in 5.q prin. huius.3.lib.in 6 art. Quadrageſimo differūt, nā licēt rector eccleſiæ pronatæ laici poſſit ponere vicariū in ea, vt quos voluerit clericos ſeruientes ſine ꝯſenſu ſui pronī: tñ hoc nõ poterit facere ſine ꝯſenſu prõni eccleſiaſti.de quo in ſeq.art. vt diximus in d.5.q.prin.in 7.art. iūctis ibidē dictis in 6.art. Quadrageſimoprimo differunt: quia licēt ius deſtituendi poſſit cõpetere ex priuilegio, vel p̃ſcriptione prono eccleſiaſtico, prono verò laico non põt cõpetere niſi ex priuilegio Papæ, non aūt ex p̃ſcriptione: vt diximus s̄.in 3.par.2.lib.in 1.q.prin. in 14. art. iunctis dictis ibidē in 10.art. cum trib.ſeq.& per ea q̃ diximus s̄.in 6.q.prin.huius.3.lib.in 9. arti. Quadrageſimoſecūndò differunt; quia licēt patronus laicus nõ teneatur ad fabricā eccleſiæ: tñ prõni eccleſiaſtici, de quibus in ſeq.ar.bene tenebunř, & ēt ad refectionē domus ſacerdotis, p ea q̃ diximus s̄.in 7.q.prin.huius.3.lib. in 2. & 3.art. iūcta cle.1.hoc ti. Quadrageſimotertiò differūt; quia iuſp.laici nõ dř mere ſpūale, ſed annexū ſpūali, iuſpa.verò patroni eccleſiaſtici dř mere ſpūale: vt colligiť ex his quæ diximus s̄.in 9.proxi.q.prin.in 1.art. Quadrageſimoquartò differunt: quia patroni laici ſuccedunt in iurep.iure hæreditario ēt per ſtirpes: non aūt per capita.cle. 2.hoc tit. & nos diximus late s̄. in 2.par.1.lib.in 1. q.prin.in 2 & art.& in 2.q.prin.p totum.iuſp.verò patronorum eccleſiaſticorum nõ trāſit iure hæreditario, ſed

puta iure vniuerſitatis:vt ibidem diximus.Quadrageſimo ſextò differunt:& hæc ēt procedit ex ꝓximis duab. ꝓcedentib.differentijs:nā ex quo iuſp.pertinet ad eccleſiaſticos ꝑ capita & non ꝑ ſtirpes ad hoc,vt valeat pñſentatio dēt fieri a maiori parte reſpectu omniū: nō reſpectu minorum partiū:vt late diximus ſ̄.in 2.par.2. lib.in 2.q.prin.per totum.& præſertim in 19.arti.& tñ præſentatio laicorū ex quo per ſtirpes ſuccedunt, valet ēt non facta a maiori parte omniū,ſed a maiori parte reſpectu minorū partiū. Quadrageſimoſeptimò differunt;quia laicus non efficitur patronus a principio niſi altero de trib. modis.ſ.fundatione,ꝯſtructione, & dotatione gl. in c.pię mentis.16.q.7.ſed clerici efficiunt̄ pſ̄oni ex ꝯceſſione tpaliū alicuius eccleſiæ eis facta. Ita decidit Abb. ꝑ illū tex.in c.de monachis.in verſi.4.modo. de præb. & voluit late Roch.in hoc tra.in verbo competens alicui in 25.q.& ponit hāc dr̄iam ipſe Roch.ī verbo ius.in vlt. col.in verſi.vlt.q.acceſſoria.qui dicit ſuper iſta dr̄ia fore cogitandū:quia in d.c.de monachis.non dr̄ in tali conceſſione transferre in ſp.ſed ius pñtandi.Nos de hoc pūcto late diximus ſ̄ in 3.par.2.lib.in 10.q.prin.in 1.arti.& ex ibi dictis patet,tales religioſos nō ſolū hr̄e ius pñtandi,ſed efficacius oēs alios fructus iuriſp.& ſic ipsū iuſp. nā ipſi ſemper defendunt eccleſiā, ipſi in illa honorant̄ præ ceteris,& ipſi habēt oīa bona tpalia ipſius,& nō habent alimenta in inopia:ſed ſemper:vt oīa iſta patēt in cle.1.hoc ti.& patebunt ēt ex dicendis in ſeq. art. vbi apparebit plus iuris hr̄e iſtos pſ̄onos eccleſiaſticos natos ex ꝯceſſione eis facta de tpalib.eccleſiæ q̄ pſ̄onos eccleſiaſticos ex fundatione & alijs cauſis. Quadrageſimooctauo differunt;quia ſi ep̄s eſt patronus in aliena diœce.pōt pñtare quē vult ēt nō illius diœc. c. ſiquis ep̄orū. 16.q.7.& no. do.in c.ſignificaſti.hoc ti.ſecus tñ eſt in laico,qui dēt pñtare de clerico, vel de diœc. & idē dico in alijs pſ̄onis eccleſiaſticis:ꝙ in laico, & ſic hoc eſt priuilegiū ep̄i vt ibi dr̄:& nos late diximus ſ̄.in 1.par.2.lib. in 7.q.princi.in 24. arti.& voluit ſumma Hoſt.hoc titu.§.2. in ver.ex quib. proueniat. & ponit Roch. in verbo honorificum.in 4.q.in fi.1.col.& pro dr̄ia ponit idē Roch. in verbo ius.in vltimis verbis.De ſupraſcriptis differentijs ponūt aliquas ſummas Hoſt.hoc ti.§. in quib.differant.& Abb.in c.ex litteris.in pe. not. in 1. col. & ponit octo dr̄ias in c.cū ꝑꝑ.in fi.& duas ex eis repetit in c.cum dilectus.in 2.no.hoc ti.& aliquas ponit do.Fel.in c.cum Bertol.in 3.col.de re iudi.aliquas ēt ponit Roch.in d.verbo ius.in vlt.col. in verſ. vltima acceſſoria. & melius q̄ alij ponit Pau.de Cita.in hoc trac. in 13. par. Sed nemo tranſcendit ad treſdecim dr̄ias;& eadē dicta,& dr̄ię ſunt poſita & poſitæ per me in locis ſupraſcriptis,& pro nūc iſta ſufficiāt. Adde 49.dr̄iā, nā licèt in renunciatione beneficiorū laici requirat̄,ꝙ fiat ep̄o cum cōſenſu pſ̄oni: tñ in beneficio pſ̄oni eccleſiaſtici poterit in manib. ſolius patroni:vt diximus ſ̄.in 5.q.prin.huius lib. in 5. arti.

¶Secundus arti.10.q.prin.3.Libri.

1 *Differentiæ quæ ſunt inter patronos eccleſiaſticos habentes bona temporalia iuriſp.& patronos eccleſiaſticos non habentes bona tēporalia.*

SEcundus art.qui ex ſupraſcripta pñtl.10.q.oritur: vt in eius principio diximus,eſt: quia patronorum eccleſiaſticorum ſunt duæ ſpecies.Vna,quæ ſolum habet pñtare & non habet dñium rerum eccleſiæ, & iſti ſunt veri patroni ſicut laici,& maior pars dr̄arum ſ̄. poſitarū militant inter iſtos patronos eccleſiaſticos,vt patronos laicos. Reliquæ verò dr̄iæ quæ proxime dicētur modo quo ſupra dictæ ſunt militant inter patronos laicos, & pſ̄onos eccleſiaſticos, habentes ēt bona tpalia eccleſiæ
1 † qui differunt ab alijs pſ̄onis eccleſiaſticis. Et ſic modo dubitatur in iſto 2.art.in quib.differant patroni eccleſiaſtici meri q non efficiunt patroni a principio niſi altero de trib.modis ſicut laicus puta ex fundatione,cōſtructione,& dotatione.iſti verò patroni eccleſiaſtici ſecundo loco dicti non efficiuntur patroni ex illis cauſis,ſed ex conceſſione tpallum alicuius eccleſiæ eis facta, iuxta do.Abb.in d.c.de monachis.de præb. in verſi. quarto modo,de quo nos diximus ſ̄.in 3.par.2.lib.in 10.q prin. in 1.art.& ēt in præce.art.in 47.dr̄ia.Secundò differunt; quia primi pſ̄oni eccleſiaſtici hñt ſolū pñtare, & nihil ſe impedire de tpalib.bonis eccleſiæ,ſecundi verò pſ̄oni eccl'aſtici hñt oīa bona tpalia:vt in d.c. de monachis. in c.auaritiæ.& in c.in lateranē.de præ.& in cle.1.hoc ti. vt diximus late ſ̄.in 3.par.2.lib.in 10.q.prin. per totum. & præſertim in 1.art.Tertiò differūt, quia pſ̄onus eccleſiaſticus ſecundo loco dictus habens dñium tpaliū rerū eccleſiæ pōt temporaliter ad illā eccleſiā ponere & deponere p̄sbyterum,meri verò eccl'aſtici nō pñt hoc facere.vt diximus ſ̄.in 3.par.2. lib.in 1.q. prin. in 14. artic. Quarto differūt:quia licèt primi pſ̄oni eccleſiaſtici ſimpliciter non dicantur vere dñi eccleſiæ:nec poſſint bona illius vendicare niſi rector, tñ iſti ſecundi pſ̄oni eccleſiaſtici cū ſint dñi tpalium eccleſiæ poterūt ipſi ēt ſine rectore illius bona vēdicare:vt diximus ſ̄.in 1.q.prin. huius.3.li.in 7.& vl.ar.iunctis no.in c.de monachis.in c. auaritiæ.in c.in lateranen.de p̄b.& in cle.1.hoc ti. Quinto differunt,nā pſ̄oni eccl'aſtici ſecundi, ad quos ꝑtinēt bona tpalia eccleſiæ,pñt petere a beneficiato ſibi reddi rōnē adminiſtrationis reddituū eccl'æ, & ille ad hoc tenebit̄,nō tñ hoc facere poterit pſ̄onus eccl'aſticus non hñs bona tpalia eccleſiæ: de quo tñ dic,vt diximus ſ̄. in 2.q.prin.huius.3.lib.in 5.arti.Sextò differunt,nā licèt in alienatione rei eccl'æ pſ̄onatæ requirat̄ cōſenſus pſ̄oni eccl'aſtici,habentis bona tēporalia eccl'ę de neceſſitate, tñ in hmōi alienationib.ꝯſenſus patroni nō habentis bona tpalia eccl'ę non requiret̄ de neceſſitate:ſicut nec ꝯſenſus patroni laici:ſed ad maiorē cautelā·vt diximus ſ̄.in d.2.q.prin.huius 3. lib.in 3.arti. Septimò differunt, nā licèt rector eccl'æ patronatę, ſiue patroni laici, ſiue patroni eccl'aſtici,nō habentis bona tpalia eccleſiæ poſſit ſolus repudiare legatū rei immobilis ipſi eccleſię factū in caſibus:tñ ſine ꝯſenſu patronorū eccleſiaſticorū habentiū bona tpalia eccl'æ non poterit repudiare legatū:vt diximus in d.2.q.prin.in 9.arti.Octauo differūt, nā licèt rector eccleſiæ patronatæ tam laici,q̄ eccleſiaſtici patroni hñtes bona tpalia eccleſiæ ēt ſine ꝯſenſu ipſorū patronorum poterit agere in iudicio:& pręſertim in magna cā,tñ nō poterit hoc facere rector pro bonis eccl'æ patronatæ patronorū eccleſiaſticorum,habentiū bona tpalia ſine ꝯſenſu ipſorum;quia illorum eſt iudicium,& non rectoris:vt diximus ſ̄.in d.2. q. prin. in 10. arti.Nonò differunt, nā licèt patronus eccleſiaſticus, q non habet bona tpalia eccleſię non teneatur ꝯtribuere cū rectore illius ad onera incumbentia,& p̄ſertim in ꝓcurationib.ep̄orum in ꝯſecratione, vel recōciliatione eccl'æ pſ̄onatæ:tñ pſ̄oni eccl'aſtici hñtes bona tpalia ipſius eccleſiæ tenebuntur ad p̄dicta: vt diximus ſ̄. in d. 2. q.prin.in 13.artic.Decimò differunt;nā licèt pſ̄onus eccleſiaſticus non hñs bona tpalia eccleſiæ non teneat̄ ꝯcurrere cū ipſo rectore ad ſolutionē collectæ per Papā impoſitæ ipſi eccleſiæ:tñ patroni eccleſiaſtici habentes bona tpalia ipſius eccleſiæ tenebūtur ad p̄dicta: vt diximus ſ̄.in d.2.q.prin.in 13.ar. Vndecimò differunt; nā licèt rector eccleſiæ pſ̄onatæ ēt pſ̄oni eccleſiaſtici, nō habētis bona tpalia ipſius eccleſię poſſit inuito eo ordinari facere aliquē ad titulū ſuæ eccleſiæ:non tñ hoc facere poterit rector eccleſiæ patronatæ patronorū eccleſiaſticorū,nō habentiū bona tpalia ipſius eccleſiæ ſine eorū ꝯſenſu:vt diximus ſ̄.in 5.q.prin.huius 3.lib.in 6.artic. Duodecimò differunt; nā licèt rector eccleſiæ pſ̄onatæ non ſolū laici,ſed ēt patroni eccleſiaſtici non habentis tñ bona tpalia eccleſiæ poſſit ponere vicarium in ea,& quos voluerit clericos ſeruiētes ſine ꝯſenſu ipſius pſ̄oni,tñ p̄dicta facere non poterit rector ipſius eccl'ę pſ̄onatę patronorū eccleſiaſticorum,habentiū bona tpalia ipſius ſine eorū conſenſu,per ea quæ diximus ſ. in d. 5. q.prin.in 7.arti.iuncta cle.1.& ibi no.hoc ti.Decimotertiò differunt,nā licèt patroni eccleſiaſtici non habētes bona tpalia eccleſiæ ſicut pſ̄oni laici non teneant̄ ꝯtribuere

bnere ad fabricā eccleſiæ,nec domus ſacerdotis:tñ pſo
ni eccleſiaſtici habentes bona tpalia eccleſiæ tenebunt
ad pdicta,p ea q̄ diximus ſ.in 7.q.prin.huius.3.li.in 2.&
3.arti.iuncta cle.1.cũ ibi no.hoc ti. Decimoquartò diffe
runt; quia pſoni eccleſiaſtici, non habẽtes bona tpalia
nõ aſſignant portionẽ presbytero, ſed illũ pñtant ſicut
& laici: pſoni verò eccleſiaſtici bona tpalia non ſolum
pñtant,ſed ẽt aſſignant portionẽ:vt in cl c.1.hoc ti.&di
ximus late in 3.par. 2.lib.in 10.prin.per totũ.& rõnem
differentiæ huius poſuimus ibi in 5.arti.Decimoquin-
tò differunt,nã licẽt in renunciatione clerici beneficij
pſoni eccleſiaſtici,nõ hñtis bona tpalia requiraẽ:ꝙ ſolũ
non fiat cum eius ꝯſenſu:ſed ẽt in manib.epi, tñ ſi erit
beneficium iuriſp.religioſorum, hñtium ẽt bona tpa-
lia,poterit fieri renunciatio ſolum in eius manibus:vt
dixim⁹ ſ.in 5.q.prin.huius.3.lib.in fi. 5.arti. Concluſi.
ex ſupraſcripta concluſione patent ex ſe.

Vndecima & vlt. q.prin.3.Libri.

1 *Differentiæ quæ ſunt inter iuſp.eccleſia & libertorum.*
2 *Modi acquirendi iuſp.libertorum.*
3 *Iuſpa.libertorum eſt indiuiſibile.*
4 *Iuſp.liberti tranſit in ſuos & non hæredes,& ad quos tranſeat.*

VLtima q.prin.pro meta huius trac.ſit iſta,in qb.dif-
ferat iuſp.eccłæ,ſiue pſoni ſint laici, ſiue ecclaſtici
vtriuſq; ſpeciei a iurep.libertorũ,& in quib.cõmodita-
tib.ꝯueniant.Et 1.art.erit in quib.differãt.Hunc art.for
mat gl.in cle.plures.In verbo libere. poſt mediũ. hoc ti;
q̄ dicit iuſp.libertorũ non alienari,iuſpa.verò eccłæ ſic.
Iuſp.eccłæ trãſire in ſuos ẽt nõ hæredes.ff.de iurepa.l.fi-
lij.ff.de lib.l.Aurelio.§.Caius.iuſp.verò eccleſiæ nõ.c.cũ
1 ſeculũ.hoc ti.† Itẽ iuſp. eccleſię pmutaẽ cũ patronatus,
i.pars patronatus vnius eccłæ cũ parte,quã hẽt cõpatro-
nus in alia eccła,non ſic in patronatu libertorũ,vt ibi p
eã.Sed reperi tñ do.Pau.de Cita.in hoc tra. in 2.par.q in
3.col.in verſ.9.dſia.& ſeq.ponit has dſias.Et prima,ſi iuſ
pa.eccłę acquiriẽ iuſp. a quocũq; fundate vel dotãte:vt
diximus ſ.late in 1.par.1.lib.in 2.q.prin.in 2.art.& ex pri
uilegio Papæ,& forſan p̄ſcriptione:vt diximus ſ.in d.3.
par.in 10.q.prin.in 2.& 5.art.Iuſp.vero libertorũ ex ſola
manumiſſione procedit,licẽt poſſet ex alijs plurib.cau
ſis iã vere,vel ficte cauſatũ in aliũ trãſire:vt ipſe Pau. di-
2 cit in 3.par.in 6.cã † acquirendi iuſp.in 3.col.in ver.nũc
aũt dicẽdũ reſtat,vbi ponit.14.modos.Secunda dſia: qa
iuſp.eccleſiaſticũ nõ transferẽ ti.ſingulari niſi gratuito.
ſ.donationis,vel legati:vt diximus ſ.in 2.par.1.li. in 4.&
6.q.prin.p totũ:& in ſeq.q. prin. p totũ. Ius aũt patrona-
tus liberti põt alio titulo ſingulari transferri ſm Pau.de
Caſt.conſ.161.ſi p legatũ.col.1.quod tñ d.Pau.de Cit.ibi
in verſ.11.dſia.dicit ſe nõ reperiiſſe, licẽt adhuc tale ius
liberti nõ veniat in æſtimatione bonorũ, nec aliquã re
cipiet æſtimationẽ.l.ſi patroni.ff.ad Treb.l.planè.la 2.in
fi.ff.de leg.2.vbi gl.in verbo manumittere,notat non eſ
ſe locupletiorẽ,qui manumittit, licẽt acquirat iuſp. &
hanc dſiam vr̃ cõprobare totus ti. ff.de aſſig.lib. & pſer-
tim.l.1.§.aſſignare.& l.aſſignare.vbi dr̃,ꝙ aſſignare non
eſt legare,nec fideicõmittere:ſed mediũ tenet,& ibi aſ-
ſignaẽ ſine alicuius licentia,non ſic in iurep.eccleſię;qa
requiriẽ ꝯſenſus epi. c.illud.cũ ſi.hoc ti. & nos diximus
ſ.in d.2.par.1.lib.in 1.q.prin.in 2.art.Tertia eſt dſia;quia
iuſp.eccleſiaſticũ põt diuidi quò ad effectus ſuos: puta

ta dſia:ꝙ iuſp.libertorũ non põt aliqua remiſſione tol
li,quin ſemper cogatur p̄ſtare reuerentiã & ptãtem re-
uocandi in ſeruitutẽ:vt in l.ſiquis in poſterũ.ver.reuerẽ
tiam.C.de bo.li.& no.gl.2.in c. venerabilis. de cenſi. ius
aũt pſonatus eccleſię ſic.c.illud hoc ti.& c.vnico.hoc ti.
li.6.& nos diximus late in d.2.par.1 li.per totum. & licẽt
ipſe Pau.in 9.par.ipſius tra.enumerauerit non ſolũmo
do quibus transferaẽ iuſpa. eccleſiæ, ſed & illos quibus
trãsferaẽ iuſp.libertorũ,tñ ſemper remanet aliqd iuriſ-
pa.libertorũ in patronum, niſi reſtituaẽ natalib.& dicit
idẽ Pau.in d.13.par.in ver.13.dſia.Quinta eſt differentia
4 nã † iuſp.liberti tranſit in ſuos ẽt non hæredes. l. filij.ff.
de iurep.ſecus in iurepſonatu eccleſiæ; quia illud tran-
ſit ſolũ ad hr̃des extraneos: & non ad hr̃des ſanguinis
tm̃:vt diximus ſ.in 2.par.1.li.in 2.q.prin.p totũ:& pręſer
tim in 1.arti.Et ad quos hæredes tranſeat iuſpatronatus
liberti,hr̃ in l.fabriles.ff.de ope.lib.& latius per Card.in
prin.cle.2.in 6.q.Sexta eſt dſia; quia ſi recedens non re-
uerteretẽ ad eccleſiam:vt ingratus reuocareẽ ad ſeruitu-
tẽ,ſecus in liberto laici gl.in c.liber.12.q.2. Hanc dſiam
ponit Pau.in d.13.in vltimis verbis.quæ re uera non eſt
dſia inter iuſp.eccleſiæ,& iuſp.liberti, ſed inter iuſp. li-
berti quando eſt eccleſiæ,& quando eſt laici.

¶Secundus arti.11.q.prin.tertij Libri.

1 *Conuentiones commoditatum, quæ ſunt inter patronos libertorum & patronos eccleſiarum,ſiue laicos,ſiue clericos.*
2 *Libertus ad quę teneatur patrono in faciendo & in non faciendo.*
3 *Libertorum materia.*

VIdeamus modò ſecũdo loco, qũo patroni ecclarũ
ſiue laici ſiue ecclaſtici,ꝯueniant cũ pſonis liberto
rũ in cõmoditatib.Has ꝯuentiones ponit Pau.de Ci.in
1 hoc tra.in 2.par in 2.& vlt.ar.† Et primò dicit ꝯuenire in
hac cõmoditate; qa ſicut patrono liberti dẽtur honor;
q in aſſurgendo ꝯſiſtit ipſi dño, ſalutando eũ & deponẽ
do biretũ & reuerentiã p̄ſtando,quæ conſiſtunt in faciẽ
2 do.l.1.C.de in ius voc.† hic honor ẽt debeẽ patrono ec-
cleſiaſtico,& alij honores,de quib.in 1.q. prin. huius 3.
lib.p totũ.& p̄ſertim in 2.art.Secundò ꝯueniũt:qa ſicut
debeẽ honor patrono liberti,q ꝯſiſtit in non faciendo;
puta nõ vocare dñm in ius ſine venia p̄roris,nõ accuſa-
re dñm nõ teſtificari ꝯ patronũ,ſeu ꝯ patronã, vel libe-
ros,ſeu parentes patroni.l.neq.ff.de excuſ. tut.Spe.in tĩ.
de actore.ver.itẽ quod eſt libertus, nec dabiẽ ſibi reſtõ ꝯ
patronũ.l.1.C.qui & aduer.quos in integ.reſt.non eſt ne
ceſ. Item in proponere actionẽ famoſam : vel actionẽ
doli,vel exceptionẽ ꝯ patronum:vt hr̃ in l.adoptiuum.
§.patronum.ff.de in ius voc.cũ oĩb.legib. ſeq. vt ad fi. &
in l.honor.& in l.liberto.ff.de obſe.a liber.præſtan.l. pa-
rẽs.& l.licet.eo.ti.l.apud Celſum.§.aduerſus.ff.de excep.
doli.ẽt ſi patroni feciſſent aliqua delicta publica, nõ tñ
poſſent liberti pſonos accuſare.l.q accuſare.in fin.ff.de
accu.l.ſi adulteriũ.§.liberto.ff.de adul.niſi in cã propria,
vt ſi patronũ accuſaret de adulterio cum vxore ipſius li
berti.vt ibi no.vel in alia propria cã:vt in l.hi tñ.§.1.ff.de
accu.vel in crimine læſæ maieſtatis. l. famoſi. ff. ad leg.
Iul.maie.l.pe.C.q accu.nõ poſ.l.pen.& C.ad le.iul.maie.
& in crimine annonæ:ſicut ẽt admittuntur pſonę aliàs
prohibitę accuſare.l.mulierẽ.ff.de accuſa.& in adultera
moneta.C.ex quib.cau.ſerui.pro praemio. vel ſi alieno
3 noĩe agerẽt.l.q̃litũ.ff. de in ius voc. † Quos honores & ꝯ.

honores patrono debẽtur:vt nec ſerui: nec ruſticati ſa-
cienti ꝯ parcaꝰ,ſed puniunꝰ: vt expreſſe habetur in l. 2.
C.de in ius voc.quia nulla excuſatio eſt in his q̃ ſunt iu
ris naturalis,vt ibi.& in l.fi.ff.de ĩ ius vo.Et de iſtis hono-
ribus diximus ſ.in 1.q.prin.huius.3.lib.per totum,& in
ſpecie ꝙ patronus non voceꝰ in ius ſine venia,diximus
ibidẽ in 2.arti.Tertiò ꝯueniunt; quia ſicut patronus li-
berti põt imponere operas in manumiſſione, q̃ reſpi-
ciunt cõmodum pecuniarium, i. poſtquam manumi-
ſit põt imponere,vt pſtet decem operas diurnas, vel ali
qd det pro talib. operib.vt bouẽ, equũ, vel aliqd aliud,
de quo plene hꝰ in l.1.C.de ope.lib.vt ibi per gl.& ſi cer
tas impoſuit,tunc certi ꝯdõne illas põt petere.l.a duab.
ff.eo.ſi incertas põt illas actione ex ſtipulatu petere, in-
ſti.de verb.ob.in prin. vt qñ aliquis patronus ſtipulatur
a liberto operas:& non dicit neq; fabriles,pictorias,vel
ſcriptorias,iſto caſu condõne incerti petuntur:ſi aũt ſti
pulatur decem operas ſcriptorias tales appellat Azo.ar
tificiales in ti.C.de ope.libe.col.pen.q̃ ẽt poſſunt impo-
ni pictoriæ.l.fi.ff.de lib.cau.Et quomodo inter ſe diffe-
rant latius proſequiꝰ Azo.in d.loco vbi ponit ſex drias.
Eodem mõ patronus eccleſiæ põt ſibi reſeruare aliquẽ
cenſum ac tpale ſeruitium ſibi a rectore noĩe eccleſiæ
pſtandũ:vt diximus ſ.in 3.q.prin.huius.3.lib.in 16.& 17.
art. & in loco ibi remiſſo. ſ.in 1.par.1.li.in 9.q.prin.in 1.
art.in 3.concl.in 6.ampli.Quartò cõueniunt; quia ſicut
patronus alitur a liberto,ſi aliunde non habet: vt in l.ſi
quis a liberis.§.pe. ff. de lib. agno.& teneꝰ ẽt alere filios
& familiam: vt in d.l.ſiquis a liberis.§. ſolent.& ibi per
Bar. ff.de lib. agno.Ita & eccleſia tenetur alere patronũ
eius nõ hñtem aliunde viuere. Itẽ filios,vxorẽ & fami-
liã;vt diximus ſ.in 3.q.prin.huius 3.li.p totũ. & ſignãter
in 1. 2.& 6.artic.& voluit Pau.in d.6.par.in 6.arti. in ver.
5.alitur.Quintò ꝯueniunt in iſta cõmoditate,q̃ non eſt
patroni,ſed liberti,& ſic in patronis eccleſiarum nõ eſt
pronorũ, ſed eccleſię,nã iuſp.libertorũ affert patronis
onus, vt in caſu neceſſitatis tenetur alere libertũ ſicut
eꝯ,aliàs põt petere libertus ſe pronũciari ingenuum &
ſic priuabiꝰ ipſe patronus patronatu.tex.eſt clarus in c.
vnico.de infanti.& lãgui.expoſi. vbi ſi infans expoſitus
extitit denegato pietatis officio a patria ptãte liberaꝰ ip
ſo facto,qa illo caſu libertus in ingenuitatẽ,& ſeruus ĩ
libertatẽ eripiꝰ.ad idẽ.l.vnica.§. ſed ſcimus. C. de lati.li.
tol.l. nemini. C. de epali audien. Immo ẽt officio iudi
cis poſſet peti,ꝙ puniaꝰ talis patronus,vel dñs pęna ex
traordinaria vltra ꝙ iure ptãtis pronatus, vel dñi priua-
retur.l.j.§.pęna.ff.de lib.agno.in l.nec filium. C. de patr.
ptãte.Spe.in d.tit.de infanti.& langui.expoſi. & in tit. q
filij ſunt legi.ver.patronus.& Abb.in d.c.1.de infanti. &
lãgui.expoſi.ſic & pronus eccleſiæ cum permittit eccle
ſiam in totum dirui,vel indotari perdit iuſpat. quod in
eo habeant:vt diximus ſ.in 7.q.prin.huius 3.li.in 1.arti.
nam metaphorice in hoc caſu dꝛ denegare alimenta li
berto,cum eccleſia diruitur,q̃ eſt loco liberti. Sextò cõ
ueniunt;quia ſicut patronus eccleſiæ habet onus illam
defendendi:vt diximus ſ.in 2.q.prin.per totum.Ita a pa
ritate rationis & per naturalem rõnem, q̃ dictat eũ de-
bere ſequi commoda quem ſequunꝰ incommoda, &
eꝯ.§.pe.inſti.de legi.agna. ſuc. reg. qui ſentit.de reg. iur.
lib.6.& l. eum qui. ff. de iureiuran. tenebitur patronus
ergo liberium & ad ea onera quæ rõ æquitatis ſuadet:
vt voluit Pau. de Cita.in d.6.par.in 6.art.in 9.& vlt.verſi.
Vbi in 2.col.in ver.4. ſuccedit. ponit aliud,qd hẽt pro-
nus liberti,quia ipſe ſuccedit liberto:vt ibi per eum.Et
ibidẽ in vlt.col.in ver.7. affert. ponit aliud cõmodũ, qd
affert,iuſp.liberti.ſ.liberã aſſignandi facultatẽ de eo qui
voluerit,ſiue legare, ſiue alicui ex filijs aſſignare: vt in
toto ti.ff.de aſſigna.lib.pcipue in l.ſi ſeruus libe. Et iſtas
vtilitates quas affert iuſpa. pronis appellauit gl. fi.in l.fi.
C.de bo.li.iura pronorũ,licèt ſint vtilitates ex vnico iu-
rep.deſcendentes. Reliqua in materia iuriſp. libertorũ
vide latiſſime p do.Pau.de Cit.in d.ſuo tra.de iurepa.in
quo accumulauit vtrumq; iuſp.eccleſię & libertorũ nõ
eſt meſſis nr̃a iſta de iurep.libertorum:vt ſimiliter dixi-
mus ſ.in 1.par.1.li.in 1.q.prin.in 2.arti. vbi tractauimus,
quot modis capiaꝰ verbũ pronus.igitur de eo ſufficiãt
hæc paucula q̃ diximus in hac vlt.nr̃a.q.prin.3.li.& ope
ris.Et ſic cũ Dei adiutorio claudiꝰ hic 2.& vlt.art. huius.
11.& vlt.q.prin.huius.3.& vlt.li.operis. Et per ꝯñs totus
hic noſter tractatus de iurep.Baſilica Hieronymi Lam
bertina nuncupatus nõ ad faſtũ ſeu pompã humanam,
ſed ad cõem vtilitatẽ & ad laudẽ indiuiduæ Trinitatis,
& ſacratiſſimi corporis & ſanguinis dñi nr̃i Ieſu Chri-
ſti,cuius hodie ſacratiſſimũ feſtũ celebramus,necnõ &
Virginis glorioſiſſimæ eius mr̃is intactę,a qua nobis da
tus & natus eſt,ac proni mei diui Hieronymi cui opus
dicatũ eſt,inclitæq; Virgini & martiri Catherinę,totiq;
curiæ triumphanti amen.Trani in meo ſtudiolo in An
no dñi 1523.11. Indi. die vero Iouis 4. menſis Iunij ho-
ra 17.feliciter.amen. Concluſiones ſemuſiuę,vt ſ.

F I N I S.

Series Chartarum.

A A B B C C D D E E. Omnes ſunt quaterniones præter E E, quinternionem.